V

£ 8 —
75% " 2 —
£ 6 —
aff. " " 22.
Totale £ 6. 22.

[illegible]
1871
Zea

ETYMOLOGICUM SICULUM

AUCTORE

JOSEPH VINCI

PROTOPAPA GRÆCORUM

In insigni Collegiata Ecclesia SS. Deiparæ de Grapheo, ex Parocho S. Luciæ de Musellis; SS. Inquisitionis Consultore, & Qualificatore; Bibliothecæ publicæ Nobilis, Fidelis., & Exemplaris Urbis Messanæ Præfecto; Regiæ Periclitantium Peloritanorum Academiæ Principe

ANNO MDCCLVIII. & MDCCLIX.

S. P. Q. M.

DICATUM.



MESSANÆ, MDCCLIX.
Ex Regia Typographia Francisci Gaipa.
Superiorum permissu, & Privilegio ad decennium.

ILL.^mis SENATORIBUS

JOANNI JOSEPHO DE MONTAUBAN Militum Subtribuno, Arcis SS. Salvatoris Præfecto.

FRANCISCO MARCHESE ex antiquis Principibus Scalettæ.

JOANNI CARROZZA.

JOSEPHO ARDOINO ex Principibus Alcontres Marchioni Roccæalumeriæ.

ANDREÆ AVARNA Belvisus Duci, Francævillæ Biscomiti.

JOANNI STAGNO.

Scriptores suas lucubrationes juris publici facturos, Senatus Illustrissime, id potissimum discruciat, Mœcenatem scilicet seligere, cui opus inscribant, & tenelli partus committant patrocinium. Felicissimus ego, qui molestiam hanc minimè sum

expertus, Etymologicum enim hoc vix a me absolutum, ultro ac sponte sua ad Senatorii solii umbram, non temerè, sed summa cum ratione convolavit; quandoquidem cum ipsum de Sicula lingua totum sit, ad hanc profectò Urbem Patriam nostram Regni Principem referendum esse nemo sanæ mentis ibit inficias; Messana siquidem janua, e qua in Siciliam propagati habitatores, illo vel Achilleo argumento, quòd mortalium primi nauticæ artis expertes ex Italia ad ultimum Brutiorum promontorium terrestri fuerint itinere progressi, & inde, qua fretum Mamertinum non amplius, quàm tria milliaria patet, in Insulam hanc Solis sive natatu, sive trabibus instructi, secundo æstu transierint, & Messanam seu Zanclen nostram condiderint, e qua in internos, & mediterraneos recessus variis Coloniis transitum fecerint; quam-

obrem

obrem ſicut Hiſtorici partium ſtudiis haud occupati, vel Mamertinis rebus minimè addicti, hanc laudem, quod Meſſana ante alias Siciliæ Urbes fuerit inhabitata, non invident, equidem non indignabuntur, ſi etiam ex illa Siculum ſermonem, qualis ille primigenius fuerit, habuiſſe dicamus Siciliam univerſam, nam de hodierno idiomate, quod idem penè eſt ac italicum, quodq; ipſa Italia ſe Siciliæ debere, non eſt dedignata, ut cecinit Italus ipſe Malaſpina

Sicilia fù la madre
De la lingua volgar cotanto in prezio

extra contentionis aleam eſt Meſſanæ deberi, cum ipſum apud nos ortum habuiſſe, atque, ut ita dicam, in cunabulis vagiiſſe, certum ſit, eique elimando ſuis ſcriptis operam navaſſe Meſſanenſes noſtros Guidonem de Columnis, Jacobum Leontini, Thomam Saxum, Mazeum Riccum, Stephanum, Ninam, alioſque

qui inter Italicæ linguæ parentes enumerantur, neminem latet. Quare æquum sanè erit, ut id, quod Urbis nostræ proprium est, Supremo in Urbe Magistratui consecretur; hoc ergo opusculum clarissimo vestro nomini nuncupari Patres tot titulis insignes, summaque veneratione suspiciendi patiamini, nec quod exile ac levidense sit, vitio vertatur velim, cum & Diis lacte rustici, multæq; gentes supplicant, & mola tantum salsa litant, qui non habent thura. *Plin. ad Vespas.*

Dominationes itaq; Vestras Illustrissimas D.O.M. Reip. nostræ bono sospitet, atq; ad majora vestris virtutibus sanè debita omnigena auctas felicitate evehat, hoc ex animo, & qua par est observantia deprecatur. Mess. 28. Aug. 1759.

Dñum VV. Illustrissimarum.

Humillimus, Addictissimus, &
Obsequentissimus
Protopapa Græcorum Joseph Vincius.

LECTORI BENEVOLO.

INnumera penè sunt, quæ largissima, ac plena manu D.O.M. ob eximiam charitatem suam humano generi contulit beneficia, infiniti erga nos sui amoris maxima, ac perpetua pignora, inter quæ meo judicio omnibus præstat, & supereminet rationis, & linguæ nobile officium; quandoquidem illâ a brutis discriminamur, istâ angelicis naturis (veriùs dixerim) Deo similes efficimur; loquitur siquidem Deus Verbo suo, quod ab æternitate genuit, & perenniter gignet in secula, loquimur & nos gignentes in nobismetipsis mentis nostræ verbum nostrum, quod est humanæ mentis proprius fœtus ratione nostra conceptus, ipsum verò, quod in mentis utero fuerat conceptum linguæ beneficio in audientium mentibus mirabili ratione parturimus: quare semper mihi optimum factu visum fuit, bonas horas linguæ studio insumere, quo & possimus loquentium mentem assequi, & ad alios ipsi loquentes nosmet præstare ipsos possimus intelligibiles, nam æquè periculi plenum est, loquentes non assequi, aut ita loqui, ut audientes, quid ipsi dicere velimus, non intelligant. Geminum huncce scopulum vitare nos monent Lexica, seu Dictionaria, quibus verborum vim, seu significationem docemur, verùm cum ea, ut plurimum, etymologica sint ratione destituta, & frequentissima in omni lingua sint translata, seu metaphoræ, fit inde, ut vera genuina, propriaque vocis notio non elucescat, indeque obscurus, ac improprius erit loquentium sermo, distorta pariter, atque a vero longè aliena erit vocum interpretatio: quod si verba, seu voces ad etymologiæ lances expenderimus, tanto plus in loquendo cæteris præstabimus, quanto, qui oculis res suis ipsi spectant, ac contemplantur, iis præcellunt, qui aliorum relatu eas cognoscunt, vel perspicillis ob visûs imbecillitatem uti coguntur; etenim cum voces omnes haud pro libitu, ac, ut dicunt, ad placitum, excudantur, ut imperiti autumant, sed *maturo consilio, & sapienter inventa sint vocabula*, ut ait Plato in Cratylo, minimè sufficiet nosse, quid qua voce dicatur, sed ulterius investigare opus est, quo consilio, quave mente id illis nomen imposuerint *primi illi vocum legislatores, viri profectò non viles, sed sublimium rerum periti*, ut idem ibi ait, quo fiet, ut antiquorum scripta penitius percipere possimus, & nos cum aliis loquentes loquamur appositè, & cum ratione, dissimi-

similes profectò illis, *qui non intelligunt quæ loquuntur, neque de quibus affirment.* Tim. 1. 7. Quod si quid domi nostræ gestum fuerit nescire, esset hospites esse, ita linguam nostram minimè callere, peregrinos nos in patria nostra, vel barbaros esse convincet; quare cum a pueritia vidissem Siculas voces cum Latinis maximam partem benè congruere, plures verò nullam cum ipsis habere affinitatem, atque a græco idiomate petendas, id mihi incitamento fuit, ut græcis literis animum adjicerem, ea fretus spe, ut ejus linguæ præsidio longè noscerem plura, quàm quæ latinos authores evolvendo comparaveram, & fortasse melius, quæ ab ipsis dicta fuerant intelligerem, si ad fontem ipsum labra admovissem, quàm si e rivulo, vel vase potassem; exinde cœptum hoc Etymologicum meo dumtaxat commodo comparatum, verùm cum amicis familiariter colloquendo, de nostris vocibus, earumque origine interrogatus, quid mihi de ipsis perspectum erat patefacerem, de Etymologico perficiendo urgere me, quòd putarent Siculis nostris benè cessurum, cum sæpissimè hoc opus fuerit expetitum; verùm quis Sicularum vocum potuisset unquam reminisci? quis illas alphabetica serie, rectoque ordine disponere? hinc sæpius cœptum, sæpissimè intermissum, tædio hoc molestissimo, seriem toties iteratam iterum ad amussim revocare, & penè animum despønderam, cum fluctuanti mihi nauseabundo, & pertęso affulsit Dictionarium Siculo-Italico-Latinum tribus tomis editum a P. Michaele del Bono e Soc. Jesu summo studio elaboratum, quod me summo labore levavit, nam ex eo, quasi e quodam uberrimo fonte nostras voces licuit haurire, quas in Etymologicum insertas noveris, una cum pluribus aliis, quæ Doctissimo Authori non venerunt in mentem, ipso igitur præluccente Sicularum vocum originem majori ex parte licebit invenire, nam quis omnes scivit unquam, vel scire se confidet? cum cuilibet Regni nostri Urbi, Oppido, quin & familiæ peculiares sint voces, quas ipsi sciunt soli, penes quos familiari sunt in usu, & Lectori benevolo satis imò abundè erit primariarum Urbium vocabula in censu habuisse disposita; ast quoniam nonnulla minimè fugere decet Lectorem charissimum, idcirco sciat velim.

Primò, me in hoc Etymologico, ut plurimum secutum orthographiam, quę Messanensium pronũciationi respondet, eo consilio; quod apud nos voces prę aliis Sicilię dialectis cum Italico sermone maximè conveniunt, si terminationem excipias, præsertim in nominibus, & verborum infinitis, quę pura puta italica sunt, nam, quę apud ipsos litera *o* terminantur, apud nos in *u* desinunt, ut *libro libru*, *ferra*

fer-

ferru; quæ verò in fine, vel medio habent *e*, literâ *i* apud nos efferuntur, ut *amare leggere essere, amari leggiri essiri*.

Secundò, in pluribus vocibus videbit, me nullum etymon apposuisse, solummodo contentum, denota[illegible] vocem latinam ipsi respondentem, nil ultr[illegible] addito, siquidem haud meum fuit scrutari latinarum vocum originem, quod viri sanè doctissimi de latina lingua optimè meriti, & præcipuè Varro, Isidorus, Vossius, quorum in primis authoritate sum usus, summa cum laude sunt assecuti.

Tertiò, est etiam de quo præmonendus est Lector, quod si non fecerim, mirabitur profectò, & anceps hærebit, loquor de quarumdam græcarum literarum valore, & potestate, quas videbit a me modò aliter, modò aliter proferri, ex gr. *β*, a me redditur aliquando *b*, aliquando verò *v*, pariter litera *η* modò vertitur *e*, modò *i*, litera *υ*, modò respondet *u*, modò *y*; hoc ideo factum noscat, ut quo plus potuerim, sono nostrarum vocum appropinquarem, nec id absque ratione factum, cum inter authores de earum potestate non constet, ut qui latinâ linguâ mediocriter sunt imbuti, norunt optimè.

Quartò, erunt in hoc Etymologico aliquæ voces, quæ, cum suis radicibus sive latinis, sive græcis ad unguem non respondeant, quod, etsi doctioribus nullum facessat negotium, cum ipsi suo, quo pollent, mentis acumine etymo assensum præbeant, infirmioribus verò, & hisce rebus minimè assuetis videbitur longè petitum; iis ergo satis fuerit audire, quid de hac re Plato dixerit in Cratylo: *qui de nominibus novit, vim ipsorum considerat, & non perturbatur, si qua addita est litera, aut transposita, aut detracta, aut etiam in aliis penitus literis nominis vis est*.

Quintò, nullus mirabitur Etymologicum hoc brevi mole contineri, nam cum sit de radicibus, satis fuit radices ipsas demonstrare, insuper habitis plurimis vocibus, quæ ab ipsa radice, veluti quidam surculi, ac propagines emanant, nam si unicuique voci idipsum inculcassem, lectori ad nauseam cramben recoctam attulissem; quis enim dum scit, vocem ex. gr. *capu* esse a *caput*, quod ab hebr. כפף *caphaph*, marte suo non deducet, idipsum dici debuisse de vocibus *capitali*, *capitanu*, *capiteddu*, *capitulu*, &c. quare consultò omissum fuit.

Tandem, si alicui aliquod etymon non probabitur, suo ipse utatur jure, nulli enim perscribimus, verius ipse, ac melius etymon suggerat, & scriptis nostris spongiam inducemus, ac monitorem benevolum cum primis habebimus charissimum,

Jussu

JUſsu tuo ; Rev. Domine , ſumma animi voluptate perlegi *Etymologicum Siculum Authore Protopapa Græcorum D. Joſepho Vincio* , omnigena ſanè eruditione conſpicuo. In eo deprehendi , quàm facilè , quàmque apertè Vir clariſſimus noſtri idiomatis voces , tum quæ Latium , Græciamve parentem agnoſcunt , tum quæ inde nihil habent commune , ad Orientales , ac externas linguas ingenioſè reduxerit : Quod quidem ita ante oculos ponit , ut aſſenſum , quem a comi , facilique Lectore impetrabit , etiam ab invito extorquere potis ſit. Publicæ ergo Siculorum utilitati opus hoc diu expetitum in lucem prodeat meritiſſimam ; ſiquidem quòd Cenſoris eſt Eccleſiaſtici , Orthodoxæ Fidei , boniſque moribus maximè conſonat. Ita nimirum ſentiebam Meſſanæ ex Parœcia S. Laurentii die 4. Februarii 1759.

Ego Joannes Canonicus Giorlandò
S. Laurentii Parochus, *Examinator Synodalis*.

Stante ſupradicta Approbatione
Imprimatur.
STAGNO V. G.

Per-

PErlegi librum ; cui Titulus : *Etymologicum Siculum Authore Protopapa Græcorum D. Josepho Vincio*, jamque, quod in votis habebant Sapientes plerique Viri, Doctissimus Auctor ad clausa linguæ Siculæ penetralia clavem porrigit præsenti Etymologico, quod tamquam Phidiæ aliquod signum, proculdubio Eruditorum admirationem merebit, & vel eorum, qui satis perfunctoriè hanc eruditionis partem callent, nisi mens omnino læva fuerit, oculos, animosque in se convertet. Quanto autem ingenio opus fuerit ad indagandam veram, & genuinam cujusvis vocis originem, utut antiquissimam, & ad Jovem adhuc imberbem referendam, quàm ferrea diligentia, quàm ærumnabili labore penes æquum Judicem arbitrium esto. Linguam certè nostram mirificè illustrat, ac plena luce suffundit Exercitatissimus Πρωτοπαπᾶς Vincius, nullusque erit, qui insignem Operis perutilis usum in Siculorum Remp. redundantem non facilè perspiciet. Sin verò nihilominus quædam clariores difficillimarum vocum interpretationes industrio Siculi Idiomatis indagatori in mentem veniant, quas sicco forsan pede, vel ancipiti transierit Auctor, is cogitet velim, Eleusinam semper servare, quod ostendat revisentibus, bonoque venatori haud vitio esse, si inter spissas opacorum nemorum umbras nonnihil ferarum elabi passus sit. Cumque in hoc Opere nil animadverterim Regiis Sanctionibus adversum, illud propterea prelo dignissimum censeo: Si ita &c. Datum Messanæ die 23. Februarii Anni 1759.

Petrus Paulus de Stephano S. Messanensis Ecclesiæ Canonicus Pœnitentiarius, Examinator Synodalis.

Stante supradicta Approbatione
Imprimatur.
PLACIDUS M. BELLASSAI pro ILL. PRÆS. DE BUGLIO.

ER.

Pag.	Col.	Lin.	ERRATA	CORRIGE.
9.	1.	38.	חנא	חרא
9.	2.	20.	גכר	גבר
92.	2.	15.	fcribatur ergo	fcriberem ego
105.	1.	27.	*fide*	*fidem*
110.	2.	11.	minguii	minguli
110.	2.	12.	minguii	minguli
120.	2.		Ginocchlu	Ginocchiu
121.	2.	19.	ver borum	verborum
122.	1.	35.	tuentur	tenentur
122.	2.	21.	*convolait*	*convolvit*
127.	2.	4.	*convoluit*	*convolvit*
136.	1.	18.	*cenon*	*cęnon*
165.	1.	5.	feles	felis
173.	2.	1.	*cypreffus*	*cupreffus*
176.	1.	32.	*acqa*	*acqua*
190.	2.	14.	olim dum P. Domitius	olim P. Domitius.
199.	1.	8.	verùs	veriùs
204.	2.	16.	*foeo*	*foco*
243.	1.	16.	ponderetur	ponderentur
263.	2.	15.	hic	hinc
269.	1.	8.	exfcrefcentia	excrefcentia
274.	1.	32.	qud	quod

A'

A

A, & Ω. Jesus Christus Dei Patris Filius semet in Apocalypsi ter vocat *Alpha*, & *Omega*, nimirum cap. 1. 8. cap. 21.6., & cap.22. 13. Ipse ergo nostri laboris, quantulus ille sit, principium esse dignetur, & finis; ipse, qui dedit incipere, det ad finem perducere, & tandem post mortalis vitæ cursum sit beatæ æternitatis principium, & sine fine terminus. Amen.

Ababalà in recenti Diction. Sic. explicatur *alla peggio*, *alla carlona*, idem repetitur pag. 448. ex authoritate Apostoli Zeni dicentis, vocem hanc Arabibus valere *alla buona di Dio*. Sed falsò, nam sonat *alla porta di Dio*. Abela in Melita illustr. pag. 258. *Alababallà alla porta di Dio*. Io: Leone in descript. Africæ par. 8. ubi de Cairo, dicit Urbem hanc habere tres portas, quarum una dicitur *Beb Nansre*, secunda *Beb Zuaila*, tertia verò *Beb Futuh*. Panormi etiam ex Pirro in not. Eccl. Pan. pag. 221. habemus Cœnobium S. Caterinæ V.M. conditum fuisse *ad antiquam Urbis portam, quæ* Bebicàl *dicebatur*. *Allà* apud Arabes significare *Deum* omnes norunt, igitur Ababallà, est *alla porta di Dio*.

Abachiàri vide *abacu*.

Abacu abaco, numerorum scientia, nobis dicitur *Abacu* ex græco ἄβαξ *abax*, & patrio casu ἄβακος *abacos*, hac voce venit tabula, in qua Mathematici numeros, lineasve signare solent, hinc *abachiari abachista*, &c. *Abachiari* etiam dicimus de eo, qui, cum aliquid nesciat, signis, & conjecturis id conatur rescire, ex verbo ἀβακῆσαι *abakisæ*, quod Hesychio est ἀγνοῆσαι *ignorare*, apud quem est etiam ἀβάκησαν *abakisan* ἠγνόησαν, *nescierunt*.

Abbadari v. badetta.

Abbagghiari, halucinari, ex italico *bagliore*, splendor. In vita S. Hieron. edita Messanæ 1473. *Risplendea tanta chiareza, che soi ochi* abaliavano; hinc conjicio vocem venire a nomine *alius*.

Abbagnari ex voce *balneum*, per synonyma effertur, madescere, mador.

Abbajari ficta vox e canum latratu, qui *bau bau* sonant, *baubari* Lucret. esse etiam poterit ab hebr. נבח *Nabah* latrare, voce parùm abludente.

Abballari vide ballari.

Abbampari v. bampa.

Abbandunari ex heb. אבד *Abad* pe-

periit; integram vocem habemus in Apocal. 9.11. *Angelus abyssi, cui nomen hebraicè Abaddon, graecè autem Apollyon, latinè habens nomen Exterminans.*

Abbarbicari, radices agere, nam radices sunt instar *barbae*.

Abbarcari, ex hispan. *acabar* terminare, lit..is permutatis.

Abbarunari v. i... barunari.

Abbassari, & sbasciari v. *basciu*.

Abbati, *abbas* ex hebr. אב *Ab.* pater, ad Rom. 8. 15. *in quo clamamus Abba pater.*

Abbattiri v. battiri.

Abbelliri v. beddu.

Abbentari, nobis est quiescere a latino *adventare*, quies enim *adventui* succedit.

Abbjettari, *abjicere*.

Abiari, *abire*.

Abili, abiltà, *habilis, habilitas*; ex verbo *habeo*, & etiam ab hebr. בית *Beth* domus.

Abbivirari, veriùs bivirari, ex lat. *bibere*, vox usitata in re hortensi, dicitur etiam de bestiis, quas aquatum ducimus.

Abbordari v. bordu.

Abbramari v. brama.

Abbrazzari v. brazzu.

Abbreviari v. brevi.

Abbrisciri, *albescere* ex Aurorę albedine, etsi aliud etymon in Hesychio inveniam in voce ἄβριξ *abrix*, quam exponit ἐγρηγόρως *vigilanter*, tunc enim evigilandi tempus est.

Abbruscari v. bruscari.

Abbruciari v. bruciari.

Abbuccari a voce *bucca*: dicimus *vinu abbuccatu*, cum palato sapit, de vase cum deorsum respicit, & tunc est a voce *plica*, id liquet ex voce *ribuccatu*, ut *chiovu ribuccatu* lat. *replicatus* i. *repercussus*.

Abbuddari, *bullare*, dicimus de vase quovis ęreo, argenteo &c. cum ictu rotunditatem amittit, atque ictus notam servat.

Abbuffari, ex voce *bufo*, turgescere, & *bufonis* instar inflari.

Abbunari, dicimus de vase, quod aqua implemus, probaturi, an rimulam habeat, qua humor effluat, hinc *abbunari* idem est, ac *bonitatem* explorare, *abbunatu*, est probatae *bonitatis*.

Abbundari, *abundare*, etymon ex voce *unda* petendum, nam ea copiosissima est.

Abbuscari v. buscari.

Abbuttari ex ital. voce *botta* latinè rubeta, seu *bufo*, qui ex ira summè turget, & virus ejaculatur, dicimus & nos *sugnu abbuttatu, chi crepu*, ita sum inflatus, ut crepem, disrumpar.

Abissu, abissari &c. *abyssus*, locus sine fundo, gr. ἄβυσσος *abyssos*, in Messanensi portu locus mirae profunditatis dicitur *l'abissatu*.

Abitari, abitazioni, *habitare*, *habitatio* ab heb. בית *beth* domus, quę *habitandi* locus est, ex hac radice omnes voces ejusdem significationis emanant.

Abs-

Abitu, *abiet.*

Abjurari, abjurazioni, ab *ejurando* v. giurari.

Abizzè, *abecedarium*, vox ex alphabeti primis literis *a*, *b*, *c*. conflata.

Abolìri, *abolere* ex gr. ἀπόλλυμι *apollymi* destruo, vasto.

Abominari, *abominari*, *omen* rejicere; *omen* verò, vel ex *homine*, ut ait Cic. vel ex *ore*, ut Varro lib. 5. de l.l.

Abortu, *abortus*, *aborior*.

Abozzari.

Abraari, abraamentu, raucescere, raucedo, dicimus de eo, qui continenti clamore raucescit, *restò abraatu*, remansit, seu evasit raucus: apud Hesychium est vox βαβράζων *vavrazon*, quam exponit κεκραγὼς συντόνως, ideſt, qui contentiosè, ac continenter clamat, ex hac voce erit nostrum *abraari*.

Accabari, ideſt finire, hispanicè *acabar*.

Accantu, idem nobis est, ac prope, juxta. Erit e græco κάνθος *canthos* angulus oculi, seu hirquus, extremitas, hinc *stari accantu* esse in extremitate.

Accappari, propriè est aliquem veste, quæ *cappa* dicitur, prehendere.

Accarizzari ex gr. χαρίζομαι, *charizomæ* blandior, inde χάριτες *charites*, *carizzi*.

Accarpari, *carpere*, a gr. καρπὸς *carpòs* palmæ pars, quæ brachio jungitur, latinè *carpus*, nam *carpo* digitisque prehendimus.

Accattari est aliquid pretio comparare, a verbo *capto*, quod ab heb. כף *Caph manus*, unde diversa vocabula emanant, ut *capio*, *caput*, &c.

Accendiri, *accendere* a *candeo*.

Accennari, innuere, nutu quidquam indicare, nutus ital. *cenno*, hinc *accennari*.

Accentus, *accentus* a *cantu*, est enim *cantûs* seu soni regula in vocum prolatu.

Accertari, quod etiam *'nzirtari*, a *certitudine*, *certum* esse.

Accessioni, *accessio*, ab *accedendo*.

Accetta, securis, vox diminuta ab *acie*.

Accettari, *acceptare*, l' ebbi accettu, *acceptum habui*, ab *accipio*, quod a *capio*, hoc a כף *Caph*.

Acchetta, veriùs Occhiettu, est siquidem quasi vestis *oculus*, qui globulo firmatur.

Acchianari, adscendere, scandere nimirum ad *planum*, quod ut plurimum in montium fastigiis est.

Acchiappari ex lat. *capere*, *capiendi* etymon vide *accattari*.

Accia & acci, herba hortensis, quæ secundis mensis infertur, ex italica voce *accia* ideſt *linu filatu*, hæc siquidem herba filamenta habet oblonga instar fili, quæ per *acus* foramen possent transire, vide

Aguggbiatà:

Acciaccu, acciaccusu, acciaccatu. Vox arabica *Kiaki*, quam nos dicimus *Ciaca*, idem valet, ac silex, lapis, valet etiam contusio, ea nimirum, quæ lapidibus fit, metaphoricè infirmitas, debilitas &c.

Acciaffari, ore, dentibusque prehendere, ex italica voce *ceffo*, qua canis, alteriusve bestiæ os venit.

Acciari 4. syll. *acciari la carni*, a lat. *acies*, caro enim cultri, securisve *acie* conciditur, & minuitur.

Accicciari, capillis aliquem corripere, capilli siquidem nobis aliquando dicuntur, *ciccinli*, *zippuli*, *zizzuli*.

Accidia, *acedia*, desidia. gr. ἀκηδία *akedia*.

Accimatu v. cima.

Accippari accippatu, idem est, ac firmum esse veluti *cippus*, inde contraria vox *scippari* e *cippo* dejicere.

Acciuncari v. ciuncu.

Acclamari, a *clamore*.

Accogghiri, a *colligendo*.

Accollari, *collo* imponere.

Accomandari, *commendare*.

Accommodari, *commodare*.

Accompagnari, *comitari*.

Accorari, *corde* dolere anxiari.

Accordari, *concordem* esse, a *corde*.

Accorgiri, accortizza, accortu, sunt a *cavendo*, *non m'era accortu*, non caveram.

Accostari, accostamentu, ex voce *costa*, res enim, quæ alteri adheret, est uti *costa* ad *costam*.

Accusturari est a voce *custura*, quæ a supino *consutum* verbi *suo*.

Accutturari est a voce *cuttura* a verbo *coquo*.

Acerbu, acerbizza. *Acerbus*, *acerbitas*, ab *acri* sapore, seu a gr. ἄκος *acos acumen*, quod suo sapore pungat.

Aci *Acis* Siciliæ civitas, ab ἄκος *acos* acumen, est enim in promontorio, nec Xiphoniæ nomen abludit, est siquidem a ξίφος *xiphos* ensis.

Acidu, *acidus*, a sapore aceti.

Acinu, *acinus*, est ab ἀκὶς *acis* acumen.

Acitu, *acetum*, ab ἀκὶς *acis* acumen, eo quod pungat.

Acqua *aqua*; miror Etymologos in hujus vocis etymo in diversa abiisse, cum ex Hesychio semel, & iterum facillimè deduci potuisset, is enim vocem Αᾶ exponit σύστημα ὕδατος. *Aà aquę collectio*, in voce *Aa* ad vitandum hiatum, insertum fuit *q* litera, quæ dulciùs sonum promovet, & hiulcam vocem devitat, hinc *Aqua*.

Acqua giuggiana, verius acqua, *gocciana*, quòd *guttatim* stillet *a goccia a goccia*.

Acquistari *adquirere*.

Accuccari, a voce *cuccu*.

Accucciari, accucciatu, accucciamen-

mentu, hæ voces denotant in orbem convolvi, uti canes dormientes solent; canis nobis *cucciu*, canem siquidem vocamus *Cucciu*, *cucciu*; & de nobismetipsis dicimus *stari accucciati*, quando ad frigus arcendum, pannis involvimur, & velut in orbem glomeramur.

Accudiri hisp. *acudir* obsequi, anne a *cauda*, uti canum mos est heris obsequi?

Accuffari, accuffulari, idem est, ac sedere, ex voce *coffa*, & dicimus *s' assittà comu una coffa*, & unico verbo, *s' accuffuàò*. uti corbis adsedit.

Acculari, retrorsum cadere, & cadendo sedere, ex lat. *culus*.

Accuminzari incuminciari, *incohare*, & *inchoare*.

Accumulari, a *cumulo*.

Accumunari, a voce *communis*.

Accurari, accuratizza, sunt a voce *cura*.

Accurriri v. curriri.

Accursari, *decurtare*, *accursai la strata*, viam decurtavi.

Accusa, accusari, *accusatio*, *accusare*. sunt a *causa* actione judiciali.

Accussì, *sic*.

Accutusari, malè mulctare, etymon non elucet.

Acutu, acutizza, *acutus*, *acumen* ab *acuendo*, quod & a gr. ἀκή ake, cuspis.

Ad præp. sequente vocali, si verò sequatur consona, *d.* tollitur, lat. *ad*, heb. עַד *bbad*.

Adasciu, sensim, placidè, vox ab *agendo* enata, idem valet ac *ad agio*.

Adattari, adattatu, *aptare*; *aptatus*.

Addattari, *lactare*, *lac* sugere.

Addazzari, laqueo, qui nobis *lazzu*, constringere.

Addevari ab *allevando*, seu *levando*, eo quòd infantes in ulnis *leventur*, vel ab *alendo*, ut in sequenti voce.

Addevu, *alumnus*, ab *alendo*.

Addiccari *lingere*, a gr. λείχω *licho*, ab hebr. לחך *lacac* lingere.

Addichiari, *fastidire* v. dica.

Addiiri addittu, seligere, selectus.

Addingari, no lu vogghiu addingari, illum *dignari* nolo.

Additari, *digito* monstrare.

Addobbari, *ad opus* instruere.

Addorari, *auro* inducere.

Addormentari, *dormiscere* vide dormiri.

Addrizzari, *dirigere*.

Addumari, *accendere*, ex arabico, nam ubi in vulgata Act. Ap. 23. 2. legimus, *accensa enim pyra*, arabicè est, *va addmaru naran*, idest, & *accenderunt ignem*, nobis esset, & addumaru *focu*.

Addunari, *inquirere*.

Addunca, ab italico *dunque*.

Adduttari, *luctare*, & *luctari*.

Adesso, *adesium*, *adesio*.

Adirarsi, *irasci*, ab *ira*.

Adoprari, *ad opus* ducere *ad* ope-

operam adhibere.

Adunari, *ad unum*; seu *una* convenire.

Adurari, *adorare*, ideſt manu ad os admota, & remota aliquem revereri, ut cum amicum e longinquo hoc manus geſtu ſalutamus: idipſum faciunt ruſtici noſtri, dum Ss. Euchariſtia a Sacerdote in Miſſa elevatur, nam dexteram versùs Sacramentum extendunt, dein ori admovent, & oſculantur, quod propriè eſt *adorare*, ſcilicet manum ad os applicare honoris ergo.

Affacciari, *faciem* proferre, e domo, feneſtra.

Affannu, a *faciendo*, elucet etymon in voce *fandu*, quam aliqui uſurpant dicentes, *chi vai fandu?* pro *chi vai facendu?* a *fandu* fit *fannu*, ut nonnulli pro *fundu*, *mundu*, dicunt *funnu*, *munnu*, idipſum liquet ex ipſa vocis ſignificatione, quæ nil aliud denotat, niſi laborem, & vulgo dicitur, *non c' è d' affannari*, non eſt, in quo laboremus.

Affari, a *faciendo*.

Affatigari *fatigare*, *affatim agere*.

Affattu, *ad factum*, re *facta*, *confecta*, exponitur *omnino*.

Affedda, *ofella*, affiddari in *ofellas* dividere.

Afferrari, *ferro* tenere, ideſt fortiter.

Affettu, *affectus* ab *afficiendo*.

Affinari, rem *ad finem* perducere, & poſt curſum dicimus *vinni affinatu*, ideſt quaſi ad anhelitus finem perveni.

Affini, *affinis*, quia cognationis *fines* tangit.

Affittari, a gr. φυτεύω *phytevo* planto, propriè erit de terra inculta, quæ locatur ad arbores implantandas, transfertur ad omnes locationes.

Affligiri, *affligere* ab antiquo verbo *fligo*, hoc verò a gr. πληγὴ *plege*, plaga.

Affluenza, a *fluendo*.

Affrancari, *Francorum* jure frui, nam Europęi in Oriente *Franchi* vocantur, hinc *franchizza*

Affrettari, & apprettari, ex voce *fretta*, quæ a ſupino *preſſum*, ſolita converſione *p.* in *f*, & gemini *ſſ*. in duo *tt*, quod in græco paſſim, ut λύσσα *lyſſa*, ὄσσα *oſſa*, λύττα *lytta*, ὄττα *otta*.

Affrivatu, dicimus illum, qui contentioſè aliquid agit, eſt a nomine *febris*.

Affrivugghiari, *frigeſcere*, cohorreſcere, eſt de *febris* initio, quod eſt cum frigore.

Affruntari, *fronte ad frontem* loqui, venire, occurrere, nobis eſt improperare.

Affuddari v. fudda.

Affugari. *ſuffocare*, a *faucibus* conſtringendis.

Affumari, *fumo* ſiccare, condire.

Affundari, *fundo* mergere.

Affurcari, e *furca* ſuſpendere.

Affutari, & inſutari, *futare* italicum

licum verbum; denotat aliquid olfactu deprehendere,uti canes feram assolent inquirere,hinc nostrum *assutari* idem est,ac canes incitare,ut nos inveniant, ac proinde vel latratu terreant, vel dentibus dilacerent.

Agata, *achates* gr. ἀχάτης ab *Achate* Siciliæ fluvio, ubi achates primùm inventus.

Agevuli, *agibilis*, ab *agendo*, hinc agevulari, *agibilem* seu facilem reddere.

Agghiaru, *arum*, vox composita ex *allium*, & *arum*, quasi agghiu aru.

Agghiastru,*oleaster*, meliùs Ogghiastru.

Agghiata, *alliatum*, ab *allio*.

Agghiazzari,a *glacie*, nobis *jazzu*, gelascere.

Agghimbari, *gibbosum* fieri a voce imbu.

Agghiotta, ferculum *allio* conditum.

Agghiru, & gghiru, *glis*.

Agghiu,*allium*. Siculi Dores uti Messanenses, Syracusii, &c. alliorũ capita vocabant ἄγλιθες *aglithes*: apud Hesyc. ἀγλίδια σκόροδα. *Aglidia*, allia.

Agghiula Sicularum monetarum nomen, quod etiamnum Neapolitani servant, ab Aquila, quod est Siciliæ insigne, fuit olim moneta Sicula Neapolitanis etiam communis.

Agghiuncari,*junci* instar flecti.

Agghiurnari, ex voce *jornu* lucescere.

Agghiuttiri, *glutire*, seu *glutti-re*, a sonitu *glut glut*, quem liquor edit, dum per gulam descendit, vel a gr. γλύζω *gluzo* devoro.

Aggigghiari, a voce *lilium*, lilium siquidem,& omnes plantæ, quæ cæpas pro radicibus habent, dum suo tempore erumpunt, dicuntur *aggigghiari* nomine sumpto a *gigghiu*.

Aggirari,in *gyrum* volvere,a gr. γῦρος *gyros* lat. *gyrus*.

Aggiu,ab *agendo*, dicimus, *essiri d' aggiu*, a gallica voce *aage* ætas, ab *agendo*, ea scilicet ætas, qua quis per se ipsum *agere* possit.

Aggiuccari v. *giuccu*.

Aggiudicari, *adjudicare*.

Aggiugghiari, *lolio*, nobis *giogghiu*, infectum esse.

Aggiustari, a voce *giustu*.

Aggradari, & aggradiri, *gratum* esse.

Aggranfari vel ingranfari,unguibus tenere. Avium rapacium rostrum gr. ῥάμφος *rhamphos* dicitur,hinc *aggranfari*, est firmiter tenere uti aves rapaces solent.

Aggrinzari v. *grinza*.

Agili *agilis* ab *agendo*, quòd facilè *agat*.

Agneddu,*agnellus* ab *agnus*, gr. ἀμνὸς *amnòs*.

Agnuni, angulus gr. γωνία *gonia*;

nia; hinc *agnaniarisi*, in angulo latere.

Agresta, ab *acri* sapore, omphacium.

Agrò terra in Messanensi districtu, in antiquis monumentis dicitur de *Agrillis*; vox *agrò* est a gr. ἀγρὸς *agròs* ager, rus, fuit olim ob soli feracitatem, maximè vini, communi *agri* nomine vocatum.

Agru, & airu, *acer* ab ἄκος *acos* acumen.

Agrumi, aurantiorum genera, ab *acredine* dicta.

Aguannu, uguanno hoc anno.

Agugghia, *acus*, gr. ἄκος *acos* acumen. Agugghia piscis, cujus rostrum acutum instar *acus*, lat. *acus*, vel *acicula*. gr. βελόνη *belone*. Agugghia pyramis ob similitudinem cum *acu*, nam sensim gracilescit, & in *acumen* desinit.

Agugghiata fili quantitas, qua *acum* instruimus, italicè *accia* un accia di filo, ab *acu*. Agugghiata bubulci lignum oblongum ferreo stimulo ad boves pungendos instructum, lat. *aculeata* ab *aculeo*.

Aguriu v. auguriu.

Aguzzino hisp. *Alguazil* vox arabica.

Aguzzari *acuere* ab *acu*, vel ab *acie*.

Ai dolentis interjectio.

Aina, & Ina. *Avena* gr. ἀηνα *aina*, & ἀηνὰ *aenà* apud Voss. etsi in Henr. Steph. lexico hæ voces non inveniantur.

Aira *aer*, gr. ἀὴρ *aer*, quod ab ἄω *ao* spiro, *aerem* enim spiramus.

Aira ubi fruges terentur, lat. *area* ab *arendo*, nam locus est summè *aridus*. gr. ἅλων *halon*.

Airi, dicimus *finocchi airi*, non quòd sint gustu *acria*, sed agrestia gr. ἄγρια *agria* ad differentiam sativorum, seu hortensium.

Aju ab *adjuvando*, *adjutor*, metaph. custos, nutritius.

Ajula piscis *aquila* dictus.

Ajutu *adjutorium* ab *adjuvando*

Ala *ala* ab heb. עלה *Hbalah* ascendere, nam ejus ope aves ascendunt.

Alabastru *alabastrum* gr. ἀλάβαστρον *alabastron*, quòd ex eo vasa sine ansis, quæ λαβίδες *labides* dicuntur, fierent.

Alariu, *beraldus*, hybrida vox ex *bero*, & *aldius* minister, famulus, hinc *beraldus* idem est ac heri famulus, de hac voce latissimè Spelmannus.

Alastra, agna annicula, quasi *agnastra*.

Alastra, cytisus, alio nomine ἀρνόφυλλον, eo quòd agni ejus foliis gaudeant, est adagium *Ogni lignu coci pasta, ma nuddu com'alastra*. ejus enim usus potissimè est in furnis pro panificio.

Alausta, *locusta* marina e cancrorum genere.

Alba prima diei pars ab *albedine*,

ne, tunc enim aer *albescit*.

Albagia 4. syll. vanitas cum superbia conjuncta, in vita Beati Andreæ de Galerannis n.23. *Navis in* albagia *posita ab octo galeis piratarum invaditur*; dicerem hic denotari navem velis omnibus, quæ *alba* sunt, expansis, a piratis invasam.

Albaranu, brevis scriptura, olim dicebatur *Albarà*, ut legi in quatuor albaranis antiquis, quæ sunt penes me in charta bombycina, unius quorum tenorem hic apponam: *Nobili Stradigoto Civ. Messanæ Jacobottus de Alifio. Supra lu tinuri di la vostra* albarà *vi rispundu, illà undi vui dichiti, chi vuliti, chi unu homu venga per chiascuna opera di li burgisi, per vidiri li servicii di li ditti burgisi, item di zò eu sù multu contentu, chi vegna unu homu per chascuna opera, e di zò fidu a cui, chi verrà. Scripta in fortilitio Mili 1. Feb. XV. Ind.* in exteriori parte erat inscriptum Al. ba. rà. & dictæ schedæ, foris habent, Al. ba. rà.

Alburi, prima diei pars, *albor*.

Alcanzari, *adipisci*, hisp. *alcanzar*.

Alcova, camera interior lat. *zeta*, seu *diæta* vox arabica ex heb. חבא *chava*, seu *chova* abscondi, cum articulo *al* Arabibus familiari.

Alferi, signifer, ex voce arabica *feras* vexillum cum articulo *al*.

Alga, & alica, *alga* a gr. ἀλικὰ *balicà*, vel ἁλυκὰ *balycà* salsa, marina.

Aliàs, adverbium discriminis causa ab *alias* accusandi casu notatur accentu in ultima, unde imperiti Lectores illam legunt cum pausa in *a* finali, putantes accentum ibi positum soni causa, quod longè distat a vero, legi ergo debet cum accentu in prima syllaba, ut *Dominus*, *filius*.

Alienari, *alienare* ab *alienus* quod ab *alius*, hoc vero a gr. ἄλλος *allos* alius.

Algebra, *algebra* virorum præstantium scientia, ab heb. גבר *Geber* vir.

Alicci, sardæ sale conditæ, *baleces*.

Alisu, dicimus de pane azymo, gr. ἄλυσος *alysos*, non solutus, num fermentum massam interno motu dissolvit, panis verò sine fermento, est quasi ligatus, nec digestioni aptus.

Alitu, *halitus* a verbo *halo*, cujus compositum *exhalo*.

Allagari, inundare instar *lacus*.

Allampari, fulgure, quod græcè λάμπος *lampos* dicitur, corripi.

Allandunari, inter alias reorum pœnas est, illos collari ferreo, quod nos *landuni* dicimus, vincire, & ad multas horas intuentium ludibriis exponere;

hinc enatæ voces, *allandunatu*, *allandunamentu*, his denotamus diutinam moram, cum aliquem frustra exspectavimus, tunc enim dicimus, *jetti un jornu allandunatu*.

Allanzari v. lanza.

Allapari, *apum* more in aliquem insilire.

Allargari v. largu.

Allascari, *laxare*.

Allasciari, funiculo ligare, funiculus Italis *lassa*, nobis *lascia* dicitur.

Allavancari v. valanca.

Allazzari, & addazzari, laqueo, qui nobis *lazzu*, quidquam ligare.

Alleanza, a *ligando*, hinc *liga*, & *alligantia* voces barbaræ, lat. fœdus.

Allegari uti Causidici solent, *allegare*.

Allegoria gr. ἀλληγορία *allegoria*.

Allegru, allegrizza, allegramenti, *alacer*, *alacritas*, *alacriter*, a gr. ἄδακρυς *adacrys*, idest sine lacrymis, nam læti sunt sine lacrymis.

Allentari, *lentescere*, a voce *lentus*.

All'erta, hac voce vigilum præfecti excubias, ne dormiscant, muneris sui admonent, ut *erecti* sint, neque ad latus semet inclinent, unde *all'erta*, nil est aliud, quàm *erecti* stent, italicè *erto* erectus.

Allestiri, nobis est expedire, non convenit significatio cum latina voce *lectus*, quæ elucet in ejus composito *sublectus*, ut *sublecta fides*, idest infirma, debilis.

Allettari, *allicere*.

Allettucarisi, diu *in lecto* jacere.

Allifari, mulcere, demulcere a gr. ἀλήφω *alipho* mulceo.

Allignari, propriè est *in lignum* converti, *lignescere*, arbores enim ab initio sunt plantæ, temporis verò decursu *lignescunt*.

Allevitari, *levem* fieri, dicimus de pane, qui ex fermento fit *levis*.

Alloggiari, hospitio, quod Gallis *logis* dicitur, Italis *loggia*, aliquem excipere.

Allordari v. lordu.

Allubita, ita esclamant pueri ludentes, cum aliquem ex insperato prehendunt, verè dicendum esset *Assubita*, & *assubitari*, idest *subitò*, *subitaneè* comprehendere.

Allucchiri, dementare, insanire, ex voce *loccu*, idest insanus.

Allucinari, *balucinari*, *luce* perstringi, alii scribunt *ballucinari* duplici *ll*, & ipsis significat a scopo errare, a voce *ballux*, qua venit digitus major pedis, & in hoc sensu esset, digitum, seu pedem in offendiculum impingere, translatè verò *errare*.

Allunatu, *lunaticus*, qui morbo comitiali laborat, qui fit in

Lu-

Lunæ quadraturis.

Allungari, *longum* facere v. longu.

Alluntanari v. luntanu.

Allura, ideſt *illâ horâ*, allura fù l'Ecclissi, *illâ horâ fuit Eclipsis*.

Allustrari, *a lustrando*.

Almenu, *ad minùs*.

Almiragghiu, *Admiraliusr* ab arab. voce *Amir*, Dominus, Præfectus. Dufresnius in hac voce dicit, *Primi autem ita summos classium suarum præfectos appellasse videntur Siculi.*

Almutiu, *almucium*, *almucia*, & *armutium*, Canonicorum vestis, qua caput, humerosque tegebant, a voce *armus* ideſt humerus.

Alofiu, illum vocamus, qui aliis de certa re, quæque ad ipsum pertineat, loquentibus, is tamquam ad se minimè spectet, nescium semet simulat, tunc dicere solemus, *guarda, comu si fà alofiu*, vide, ut se fingat extraneum, hæc vox erit a gr. ἀλλοφυὴς *allophyès*, extraneus, aliunde genitus.

Aloi, *aloe* gr. ἀλόη *aloe*.

Alosa, *alosa* piscis, aliter clupea.

Alpi, *alpes* a nivium *albedine*.

Altari, *altare*, quasi *alta ara*.

Altea, *althæa*, gr. ἀλθαία, *althæa* a medica virtute, qua pollet, gr. ἀλθαίνειν, *althænin* est mederi.

Alterari, *alterare*, ab *alter*.

Altercari, cũm *altero* cõtendere.

Alterigia, alteru, *altum* sapere, elatio, elatus.

Alternari, *alternis* agere.

Altissimus, libelli supplices apud nos ita absolvuntur, *Et ita supplicat, ut Altissimus &c.* hanc clausulam in antiquissimo libello supplici ita perscriptam legi: *Et ita supplicat, ut Altissimus Majestatem Vestram conservet per tempora longiora.*

Altrimenti, *aliter*, nota, quod omnia adverbia, quæ desinunt in *menti*, ut chiaramenti, dulcementi &c. omnia sunt ex adverbio latino, desinentiam verò illam, *menti*, esse vocis productionem nobis usitatam.

Altu, altizza, *altus*, *altitudo* ab hebr. על *hhal*, a rad. עלה *Hhalàh* ascendit.

Alvarettu, *alveolus*.

Alumi, *alumen*, a gr. ἅλμη *halme*, salsedo.

Alzari, *in altum* tollere.

Amarantu, *amarantus*, gr. ἀμάραντος *amarantos*, quia non marcescit.

Amari, amuri &c. *amare*, *amor*, ex heb. אם *Am*, seu *Em*, mater, matris enim verus est *amor*.

Amaru, *amarus*, ab heb. מר *mar* amarum esse, vel a chald. אמרר *amarar*, amarum fecit.

Amaredda, veriùs moredda, nigella ex foliorum nigrore nomen habens, alio nomine με-

λάνθιον *melanthion*, flos niger.

Amarena, fructus ex genere cerasorum, est ab *amarore*.

Amazoni, *amazones* gr. ἀμάζονες ab α privativo, & μαζὸς *mazòs* mamma, nam dextrâ mammâ carebant.

Ambaru, *cammarus*, & *gammarus*, animal marinum e locustarum genere, hinc *ambariari*, cammari more retrorsum pergere.

Ambascia, respirandi difficultas, a voce *ambages*.

Ambasciata, ambasciaturi, legatio, legatus, de etymo non constat.

Ambiguu, *ambiguus*, ab *ambigendo*, quod a voce *ambi*, idest circum, & verbo *ago*, idest circumago, aliquid nimirum quærens.

Ambiri, ambizioni, *ambire*, *ambitus*, a verbo *ambio*, idest *ambi eo*, scilicet *circumeo*, ambitiosi siquidem in omnem se partem vertunt, ut voto fruantur.

Ambra succinum ex æthiopica voce ענבר *Hbaubar balęna*, quòd ejus semen crederetur.

Ambretta, *cyanus*, flos ita dictus, quòd *ambræ* odorem reddat.

Ambrosia, *ambrosia* Deorum cibus; gr. ἀμβροσία, ἣν οὐδεὶς ἔχει βροτὸς, quam nullus habet mortalium.

Amenta, *mentha* gr. μίνθη *minthe*, inde & *mentastrum* amentastra.

Amenu, *amœnus*, quòd locus sit a *mœnibus* distans, idest, quòd urbanis curis sit vacuus.

Ametistu, *amethystus*, gr. ἀμέθυστος *amethystos*, quòd ebrietatem sedet.

Amicu, amicizia, *amicus*, *amicitia*, ab *amore*, qui amicorum verissima tessera.

Amitu, *amylum* gr. ἄμυλον, ab α privativo, & μύλη *myle* *mola*, est enim farina non *molâ*, sed maceratione parata.

Ammaccari v. maccu.

Ammagghiari, nobis idem est, ac stupere, ex gr. ἄμαλλα *amalla* manipulus, fasciculus, inde ἀμάλλιον *amallion* funis ad ligandos manipulos, hinc provenit vox *maggbia*, quare *ammaggbiari* idem est, ac ligatum esse.

Ammagghittari, ex voce *maggbitta*.

Ammainari, vela demittere; verbum deductum a portu *Mainæ* in Illyrico, cujus ingressus difficilis ob tres scopulos, & arenæ cumulos, quare opus est nautis, ut vela demittant.

Ammaisari v. maisi.

Ammaistrari v. maistru.

Ammalatu, *infirmus*, ab hebr. אמלה *Amalà*, *languidum esse*, inde promanant voces *malatia*, *malu*, &c.

Ammandaliri, dicitur de eo, qui ex inopino casu obstupescit, hanc vocem habes in Hesyc. ἀμαν-

ἀμανδαλδι, quam exponit ἀφανίζει, βλάπτει. *Amandali, evanidum reddit, nocet.*

Ammannari, a voce *manus*, & notat aliquid promptum, & *ad manum* habere.

Ammansari, *mansuefacere*, vide mansuetu.

Ammaraggiari v. maraggiata.

Ammargiari v. margi.

Ammarinari, dicimus de piscibus, quos aceto condimus, vox ducta a *muranis*, quæ in cadis cum aceto servantur, hinc vox esse debet, *Ammurinari*, *ammurinatu*.

Ammassari, *in massam* reducere.

Ammatassari, ex voce *matassu*.

Ammazarari v. mazara.

Ammazzari, vel erit a voce *mazza*, quam vide, vel a *mactando*.

Ammazzunari v. mazzuni.

Ammendula. *amygdalus* arbor gr. ἀμυγδάλη *amygdale.*

Ammettiri, *admittere* a verbo *mitto.*

Amminazzari, *minitari*, ab heb. מנע *Manah*, prohibuit, quod plerumque *minis* fit.

Amminnaliri, *flaccescere*, uti vetularum mammæ solent.

Ammirari, *admirari.*

Ammittu, *amictus* prima Sacerdotis rem divinam facturi vestis, ab *amiciendo*.

Ammoddari, *mollire*, ex voce moddu.

Ammolari, est de cultrorum acie, quæ ad lapidem *molarem* acuitur,

Ammoniri, *admonere* a *monendo*, quod a gr. μέμνημι *memnemi*, recordor, admonemus siquidem, cum aliquem sui officii memorem facimus.

Ammorbari, ex v. morbu.

Ammortari, dicimus de igne cum extinguitur, tunc enim moritur.

Ammucciari, ammucciatu, ammucciuni, giucari a l'ammucciata. Inter alia felis nomina Italis, Siculisque est vox *mucia*, qua catam vocamus dicentes *mucia mucia*, ab hac voce promanant superiores voces, quæ nobis idem valent, ac latere, abscondi, felium instar, quę in domorum angulis delitescunt, hinc *ammucciarisi* idem est, ac *ingattarisi.*

Ammugghiarisi, *mulierem*, seu uxorem ducere.

Ammuinari, stari ammuinatu; valent animo tristem esse, ex hisp. voce *mohina*, seu *mohino*, quæ valent bilis, fastidium, nausea.

Ammuntunari, caput humi inclinare, ut arietes, *muntuni* pugnaces solent.

Ammunzeddari, ex v. munzeddu.

Ammurrari, suum grex nostris dicitur *murra*, una *murra* di porci, hinc verbum *ammurrari*, suum modo progredi.

Ammursatu, de vino suavi, *mulsum*.

Ammuscatu, color *moschum* referens.

Ammusciari v. musciu.

Am-

Ammuſſari v.muſſu.
Ammutiri, *mutire* v. mutu.
Ammuturrari,nobis eſt lethargo corripi, dormire. Hiſpani dicunt *amodorriar.*
Amoddei ſunt arbores,quæ inciſæ liquorem exſudant, quem nos *manna* dicimus,lat.*fraxinus*,eſt a gr. μελία *melia* fraxinus, a voce *melia* corruptè eſt *amoddei.*
Ampudduzza, parva *ampulla* a gr. πόμφολυξ *pompholyx*, bulla.
Ampulletta,horaria clepſydra, ſi aquâ ſit inſtructa,ſi tamen arenâ,*clepſammium*, græcę nimirum voces κλεψύδρα, *clepſydra*, κλεψάμμιον, *clepſammion*.
Amu, *hamus*.
A muzzu,*darì la robba a muzzu* ſine menſura,italicè *a mucchio*
Anatomia, *anatome*, gr. ἀνατομὴ, *anatomè* ſectio.
Anatra, *anas*, gr. νῆσσα *neſſa*, ſeu νῆττα *netta*, a verbo νέω *neo* fundum pergo, avis enim eſt aquatica.
Anaticchia, naticchia, *anaticula*, mobile lignum, quo feneſtras claudimus, ita dictum, quòd mobile hinc inde ſit, ut *anaticula*, quæ dum incedit, hinc inde deflectit.
Anca, *coxendix*, *coxa*, gr. ἀγκὼν *ancòn*.
Ancora cum accentu in antipen. *anchora*, gr. ἄγκυρα *ankyra*, ab ἄγκυλον *ankylon* curvum *ancoraggiu*, vectigal pro jactu anchoræ.
Ancora cum acc.in pen.*hâc horâ* pro etiam.
Andari,*ire*,vel a gr. ἀντιάω,*antiao*, occurro,vel ab *antis* poſtibus, quæ in lateribus oſtiorum ſunt, vel ab eadem voce *Antæ*, quæ denotat vinearum ordinem,ſeu viam,unde *andari* priùs fuit ire per vinearum *antas*, ſeu ordines, poſtea verò vox uſurpata ad quamlibet itionem.
Anditu, locus, quo *itur.*
Aneddu,*annulus*,ab *annus*,ideſt, circulus.
Aneuriſma, *aneuryſma* gr.ἀνεύρυσμα *aneuryſma*, dilatatio arterię.
Anfa,dicimus *vinni un anfa cauda*,arabicè *tanfus* eſt inſpiratio anhelitus, ex rad. נפש *nefeſc* anima.
Anfibiu, *amphibium*. gr. ἀμφίβιον *amphibion*, quod in terra vivat, & aqua: ἀμφὶ *amphì*, utrinque, & βίος *bios*, vita.
Anfrattu, *anfractus*, a *frango* cum particula *am*, quaſi viæ fractio.
Angamu, reticulum piſcatorium ferro inſtructum, quo oſtreæ colliguntur.Heſyc. γαγγάμη ἐν ᾧ οἱ ἁλιεῖς συνάγουσι τὰ ὄστρεα. *gangame* in quo piſcatores oſtrea colligunt.
Angaria,gr. ἀγγαρία *angaria*, perſicum vocabulum, ἀγγάρευ-

γευσαν *engareusan*, Matth. 27. 32. *hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus*.

Angelu, *Angelus*, gr. ἄγγελος *angelos* ideſt nuncius. Syracuſiis Diana olim dicta *angelus*. Heſ. ἄγγελον συρακούσιοι τὴν ἄρτεμιν λέγουσιν. Syraculii Dianam *angelum* vocant.

Anghidda, *anguilla*, dimin. ab *anguis*, gr. ἔγχελις *enchelis*.

Angioja, ſarda ſale condita. gall. *anchovas*.

Angonia, angoniarſi, aliter agnuni, agnuniarſi; *angulus*, in *angulis* latere, a gr. γωνία *gonia* angulus.

Angulu, *angulus* a gr. ἄγκυλος *anculos* curvus.

Angunagghia, ab *inguine*.

Anguſtia, *anguſtia*, ab *angendo*.

Anima, a gr. ἄνεμος *anemos*, ventus, quòd flatus, ſeu ventus eſſe crederetur.

Aniſu, *aniſum*, gr. ἄνισον *aniſon*, ſimpliciter dicimus *anaſeddi*, *aniſum* ſaccharo conditum.

Anitu, *anethum*, gr. ἄνηθον *anethon*, διὰ τὸ ἄνω θεῖν, quòd ſurſum citò creſcat, herba eſt fœniculo congener.

Annacari v. naca.

Annaſari v. naſu, *naſo ſuſpendit adunco*.

Annaſtracari v. aſtracu.

Annegari, *ſubmergere*, apud Heſyc. legere eſt, ἐνήεον *enieon*, hanc vocem ibi interpretatam lego ἐκολύμβων, fundum petebant inſtar urinatorum: hinc liquet *annegari* eſſe fundum petere, ac proinde ſubmergi.

Annichilari, *ad nihilum* redigere.

Annidari v. nidu.

Annigghiari, *nebulâ* involvere.

Anniricari, *nigrum* reddere.

Anniſcari, *eſcâ* hamum inſtruere.

Annittari, lavare a gr. νίπτω *nipto* lavo, græcum adagium χεὶρ χεῖρα νίπτει, manus manum lavat.

Annivari, *nive* frigidare.

Annojari, *nauſeam* creare.

Annorbari, *orbum* facere.

Annottari, *noſteſcere*.

Annu, *annus*, a gr. ἔννος *ennos* eadem ſignificatione.

Annullari, a voce *nullus*.

Annunziari, *nunciare* a *nuncius*, quod a gr. νέος *neos* novus, nuncius ſiquidem novum aliquid refert, Joſeph Scaliger autem dicit vocem *nuncius* eſſe Syracuſanam, eo modo, ut ab ἓν ἑνὸς eſt οὐγκία uncia, ita a νέος *neos* fit *nuncius*.

Annuvulari, *obnubilare*.

Anſa, *anſa* auricula eſt, qua vaſa prehendimus, ab hebr. אזן *Ozen* auricula; tranſlatè *dari anſa*, eſt occaſionem dare.

Anſari, anſietà, *anxium* eſſe, *anxietas*, ab *angendo*.

Antemurali, propugnaculum, quòd *ante* civitatis *muros* ſit.

Anti, ſunt vinearum ordines, dicimus: *chiſta vigna dall'Orienti*

si hà 16. *anti*, *da Menza jor-nu però na' hà* 22. vinea hæc ab Oriente habet 16. antas, a Meridie verò 22. alio nomine vocantur *Portæ*. v. *andari*.

Antichità, *antiquitas*, ab *ante-nam antiqua*, jam *antea* fuerant.

Anticipari, *anticipare*, ideſt *ante capere*.

Anticori, *cordis paſſio*, eo quòd in præcordiis ſit.

Antifona, *antiphona*, gr. ἀντίφωνος *antiphonos*.

Antimoniu, *antimonium*, de etymo non conſtat. Georg. Agric. obſerv. de metallis, *Stibi in officinis neſcio qua appellatione Antimonium*.

Antinna, *antenna*, ab *am* ideſt circum, & *tendo*, quòd circa ipſam tendatur velum.

Antura, *paulò ante*, ideſt *ante horam*.

Anu, *anus*, ideſt circulus.

Anzalora, fructus ex meſpilorum genere, arab. *alzarùr* in hiſt. gener. plant. Abela f.88. *Rabà ta Szaarùra terreno dell'Azzarolo*.

Anzi, adverbium augendi, ab *ante*, ea enim, quę *antea* fuerunt, procul dubio aucta ſunt, hoc etymon magis elucet in ſequentibus vocibus

Anzianu, anzianità, ab *ante*, ita vocantur natu majores.

Apa, *apis*, quòd primò ſit ſine pedibus. Georg. 4. *Trunca pedum primò, mox & ſtridentia pennis*.

A paſſu a paſſu, *lentè*, ſive *paſſu ad paſſum*, incedere.

A pena, *penè*, vel a gr. ἐξαπίνης *exapinis* repente, vel a latino *penè*.

Apici, *apex*. v. Voſſ. in v. Apio.

Apoſtrofu, *apoſtrophus*, gr. ἀπόστροφος *apoſtrophos*.

Apparaggiari, *parem* facere.

Apparentari, v. parenti.

Apparenza, ab *apparendo*; hinc *appariri*.

Appartari, appartamentu, appartu. Voces derivatæ a nomine *parti*, nam ita vocamus ędium *partes*, vel jus alicui privativè quoad alios conceſſum.

Appartiniri, *pertinere*.

Appattari, *paciſci*, a voce *pactum*.

Appellari, appellazioni, *appellare*, ad Judicem ſuperiorem provocare.

Appellu, & appeddu, ſonus lugubris campanarum, quo Clerus ad funus *appellatur*.

Appendici, *appendix* a *pendendo*, quòd alii rei *appendatur*.

Appennini, *alpes penninæ*, uti *alpes cottiæ*, *rhetiæ* &c.

Appeſtari, *peſte* inficere v. peſti.

Appetiri, appetitu, aliter pitittu, *appetere*, *appetitus*.

Appettari, *pectore* ad *pectus* obſiſtere, hinc

Appettata, locus arduus, ad quem aſcendendo pervenitur, eo quòd *ad pectus* ſit.

Appicari, ideſt de pertica, quę *pica* dicitur, ſuſpendere.

Ap-

Appiccicari, a *pice.*
Appigghiari, idem est, ac radices agere, dicimus etiam de pulmentis, cum ollæ fundo adhęserint, ac si radices egisse videantur, vox est ab alia voce, *pigghiari*.
Appilari, *oppilare* idem est, ac claudere, obstruere a verbo *pilo*, cogo, denso, spisso.
Appinnicari v. impinnicchiari.
Appizzari v. pizzu, appizzari li pedi, pedes figere.
Applaudiri, applausu, *applaudere applausus*, a *plaudendo*.
Applicari, *applicare*, a *plicis*; nam *plicæ plicis* adhærent, *plica* verò a gr. πλέκω *pleco* ideſt necto, adnecto.
Appoggiari, & appojari, ex voce *podium*, de qua vetus Vocabularium apud Martinium ita habet *Podium baculus super quem innitimur .... unde & podium dicitur, ubicunque innitimur*.
Apportari, *apportare.*
Apposta, lu fici apposta, *appositè* ideſt consultò feci.
Apprendiri, *apprehendere.*
Appressanu, intestinum *apexabo, onis*.
Appressari, appressu, a supino *pressum* verbi *premo*, id enim, quod alteri proximum est, illud veluti *premit*, vide apprettari.
Apprettari, a *pressus*, duo *ss.* in duo *tt.* ut plurimum convertuntur, ut θάλασσα *thalassa*; θάλαττα *thalatta*; ὄσσα *ossa*, ὄττα *otta*.
Apprezzari, ex voce *pretium.*
Approfittari, *proficere* v. profittu.
Appropriari, *proprium* facere, v. propriu.
Approssimari, a voce *proximus*, v. prossimu.
Approdari, a *prora*, qua navis ad litus appellit.
Approntari, *promtum* facere, v. prontu.
Approvari, *approbare*, v. provari.
Appuntari, a voce *punctus*: propriè est, cultris, ensibusque acumen educere: dicimus *appuntari lu tempu*, cum de *puncto* temporis condicimus.
Appuntiddari, aliquid fulcire lignis, quæ vocamus *puntiddi*.
Appuntinu, appuntu, dicimus de re, quæ cum aliqua usque *ad punctum* congruat.
Appuzzari, est de eo, qui incedendo deorsum vergit, quasi *in puteum* respiciat.
Aprili, ab *aperiendo*, tunc enim terra germinascens *aperitur*.
Apriri, *aperire*, a verbo *pario*.
Aprocchi, carduus stellatus, quòd comesus somnum fuget, & proinde oculos aperiat.
Apulu, dicimus *ovu apulu*, quod e gallina decidit, antequam testa obduruerit, e gr. ἄπλοος *aploos* simplex, translatè de eo, qui inconsideratè loquitur, dicimus *jetta li paroli apuli apuli*, verba simpliciter profert.

Aquila, *aquila*, a fuſco, ſeu *aquilo* colore, vel ab acutiſſimo viſu, ex gr. ἀκυλεὴς *akulèès* acutè videns.

Arabia, *arabìa*, ex nigro colore heb. ערב *Hbereb* veſpera, corvus.

Arangiu, ex *aureo* colore, *aurantium*.

Arari, *arare*, ex gr. ἀρόω *aroo*, pro eodem.

Aratu, *aratrum*, gr. ἄροτρον, *arotron*.

Arbaſciu, pannus e lana groſſiore ex heb. ארבע *Arbaab quatuor*, quia nimirum ſit e lana quarti, ſeu infimi ordinis, ſicuti pannorum ſunt plura genera, primi, ſecundi ordinis &c.

Arbitrari, arbitriu, *arbitror*, *arbitrium*.

Arburu, *arbor*, vel quod in *arvis* ſit, vel ab heb. אב *Ab* inſerto *r*.

Arcanu, *arcanum*, de re ſecreta, quaſi in *arca* ſervanda.

Archibuſciu, ital. archibugio, arcus perforatus, ſumitur pro fiſtula ignivoma.

Archimandrita, gr. Ἀρχιμανδρίτης *Archimandrites* Præſul in Ordine Baſileenſi, in quo Monaſteria mandræ vocantur, & qui Mandræ præeſt, dicitur Archimandrita, hoc titulo in Sicilia, & magna Græcia inſignitur Abbas Magni Monaſterii Ss. Salvatoris in lingua Phari, ſeu in iſthmo portûs Meſſanenſis, qui in Regni Comitiis primum poſt Epiſcopos locum occupat, & jus dicit in ampla Diœceſi, quæ vocatur *Archimandritatus* Meſſanenſis.

Architettu, *architectus*, gr. ἀρχιτέκτων *architecton* fabrorum præſes.

Architravu denotat illos lapides, rectos inſtar trabis, qui antis impoſiti portam conſtituunt, ſeu claudunt, ex *arcu*, & *trabe*, nam portæ communes domorum ex parte ſuperiori habent *arcum*, qui antis innititur, aliquando verò arcûs loco *trabem rectum* habent, uti ſunt Eccleſiarum portæ, hinc enata vox *Architravu*.

Archiviu, & arciu 3. ſyll. locus publicus ubi acta conſervantur, e gr. ἀρχεῖον *archion*, vel quòd magiſtratuum ſit curia, vel quod antiqua monumenta conſervet.

Arcimiſa, *artemiſia* herba, a Diana græcis Ἄρτεμις *artemis* nomen habens, alio nomine *matricaria*, quòd mulierum matrici medeatur.

Arcova, v. alcova.

Arcu, *arcus*, tum fornix, tum balliſta, qua ſagittæ jaculantur, eſt etiam Iris, ab *arcendo*.

Ardica, *urtica*, ab *urendo*, ita *ardica*, ab *ardendo*, vel ab ἄρδις *ardis*, quod ab Heſychio exponitur ἀκὶς *akìs*, aculeus,

ob

ob aculeos, quibus est armata.

Ardiri, verbum *ardere* ab *ardeo*, quod ab *aridus*, ea enim, quæ *ardent*, summè sunt *arida*.

Ardiri, & arduri, *ardor*, pro audacia dicitur per metaphoram.

Arenga, *balec, cis* & *l*, in *r*, abeunte, interjecto n, *areng*, inde *aringus*.

Argagnu, vas ad excrementa gr. ἀναγκαῖον *anankaon*, idest necessarium.

Arganu, *ergata æ*, gr. ἐργάτη *ergate* machina tractoria Archimedis inventum.

Argarisi, *gargarizatio*, a gr. γαργαρίζω *gargarizo*.

Argasia dicimus de re, quæ summo eget labore, gr. ἐργασία *ergasia*.

Argentu, *argentum* a gr. ἀργὸν *argòn* album.

Argentu vivu dicitur ob suam mobilitatem, gr. ὑδράργυρος *hydrargyros*, idest *argentum aqueum*.

Argini, *agger*, eo quod sit terra *aggesta*.

Argumentu, *argumentum* a verbo *arguo*, quod a gr. ἀργὸν *argòn* clarum, nam *arguendo* veritas fit clarior.

Aria, & aira, *aer*, gr. ἀὴρ *aer*, quod a verbo ἄω *ao*, spiro, nam *aerem* spiramus.

Aridu, *aridus*, ab *arendo*.

Arieti, *aries*, a gr. ἄρσην *arsen*, mas, *aries* enim est vir gregis.

Arietta, cantio dulcissimis modulationibus concinnata, in hist. Ind. Occid. Petri Martyris, ubi sermo est de Insula Spagnola habemus, ejus Insulæ Caciquos doceri quædam carmina apud ipsos dicta *Areyti*, alludit nostra vox *Arietta*.

Armacia, *maceria* literarum transpositione, esse etiam potest a gr. ἕρμακες *ermakes*, quam vocem Helych. reddit αἱ ὕφαλοι πέτραι, idest *petræ in mari eminentes*.

Armari, *armo*, ab *armis*, seu humeris pendeant, *arma* siquidem ab *armis* pendent, uti scutum, ensis, &c. quæ *armorum* nomine veniunt, hinc *armaria, armaru*, &c.

Armentu, *armentum*, quasi *aramentum*, de animalibus, quibus ad *arandum* utimur.

Armonia, *harmonia*, gr. ἁρμονία *harmonia*, ab ἅρω *haro*, necto jungo, est enim concinnus notarum, ac modulorum nexus.

Aromi, *aroma*, gr. ἄρωμα *aroma*.

Arpa, *harpa*, quòd *carpo*, seu digitis ejus chordæ pulsentur, vel quòd summis unguibus quasi rapiantur, gr. ἁρπάζειν *harpazin* rapere.

Arpia, *harpyia*, gr. ἅρπυιαι *harpyiæ*, ab ἁρπάζειν *harpazin* rapere.

Arraccamari v. raccamu.

Hic nota, verba naturâ suâ incipientia a litera *r*, ex nostræ linguæ proprietate aliquoties

 esser-

efferri cum gemino r præpoſito a, v.g. *arragghiari*, ex *ragghiari*, *arrendiri*, *arraſcari*, ex *rendiri*, *raſcari*, quare hæ voces, ſi in hac ſerie non reperiuntur, erunt in litera R.

Arragghiari v. ragghiari.

Arraggiari, *rabire*, & *rabere*.

Arramari, arramatu, dicimus de cibo, qui ſi coquatur in æneo cacabo intus ſtamno minimè obducto, æris amarorem contrahit, & tunc dicimus, *s'arramò*, æruginem contraxit.

Arrancari, dicitur de contentione, ac impetu, quo aliquid molimur, dicimus *fici un arrancata*, *voga arrancata*, *arrancari la ſpata*: de etymo non conſtat.

Arrappari, rapere, *facci arrappata*, ob rugas, quæ venuſtatem rapiunt.

Arraſari, radere, a gr. ῥάδιος *rbadios facilis*, nam ea, quæ raduntur facilia, ſeu levia fiunt.

Arraſſari, arraſſu, *removere*, ab hiſpanica voce *atràs* ideſt *retro*, hinc ipſis *atraſſar*, retro manere, hinc etiam noſtrum *arraſſari*.

Arrazzicunari v. razzicunari.

Arreri, & arretu, *retro*.

Arreſtari, cæpas, a llia, piſces, in reſtem ligare.

Arreſtari, idem ac *reſtari*, a reſtando.

Arri, dicimus *la parola avi centu arri*, unumquoque verbum centum habet facies, vox diminuta a *regula* ideſt linea; de pila luſoria, quando trocho ludimus, dicitur *la padda è arreri l'arru*, pila non eſt adlineam cū trocho, ſed retro ipſum eſt.

Arri, hac voce muliones incitant jumenta, ut grandiori paſſu pergant, vox ipſiſſima græca ἔῤῥε *errbe*, ideſt *pereas*, dicimus & nos adagii loco, *arri mula zoppa*; hac formula uſus Homerus Il. ϑ'. ἔῤῥε κακὴ γλῆνη *Errbe kake glene*, pereas mala puella.

Arrifriddari, *frigeſcere*, a frigore. v. friddu.

Arrimazzari ad hujus vocis, ſenſum percipiendum, transſcribo verba Franciofini in Diction. Hiſp. ad vocem *Remeſon*. *Remeſon è termine di cavallarizzi, e vale la parata, che fà il cavallo, quando ſi fà fermare nel maggior impeto, e furia della ſua carriera*; ex hoc liquet, quod tunc eques ob præconceptum impetum humi ſumma cum violentia ſternatur; idem author in voce *Stramazzare* hæc habet, *gittare impetuoſamente a terra, in maniera, che il gittato reſti sbalordito, e quaſi privo di ſentimento*, ex his ergo vocibus *remeſon*, vel *ſtramazzare* enatum verbum *arrimazzari*, cui nos ſubjungere ſolemus vocem *terra*, *Arrimazzò in terra* humi impetuosè ſtratus fuit.

Arrimbari, vox nautica, hac utũtur nautæ, quando cominus pugnant, & navis navem aggreditur, eâque potitur, erit a voce *rombu* rhombus, ideſt gyrus.

Arrimurchiari v. rimurchiari.

Arrinari, dicimus *arrinari la mula*, cum jumentum poſt renes capiſtro trahimus; dicimus etiam de navi cum in arenoſa incidit loca.

Arringari, ab italica voce *arringa*, ideſt declamatio, unde *arringari* idem eſt, ac concionari.

Arrificari v. rificu.

Arriſinari v. ſirinu.

Arritirari v. ritiru.

Arrivari, idem eſt, ac ad *ripam* pervenire.

Arrizzari, idem eſt, ac præ frigore, vel timore fieri ſicut Hericius *Rizzu*, qui præ timore in orbem glomeratur, & ſpinis horret, nobis etiam in timore capilli, atque pili arriguntur, corpuſque horret.

Arrobbari v. robba.

Arroccari, eſt alicubi immobilem eſſe uti rupem *rocca*.

Arroddari, in rotulum deſcribi, v. roddu.

Arrogari, arroganza, *arrogare*, *arrogantia*, plus juſto, ac nimium ſibi tribuere.

Arrotari, ad *rotam* agere.

Arruddari, eſt in orbem convolvi ex voce *rotulus*, unde gallicum *rouler*, ideſt gyrare.

Arruggiari, ex *ruggia*, rubigo.

Arruinari, ex *ruina*.

Arruncari, *runcare*, ex *runca*.

Arrunchiari, in orbem contrahi inſtar *runca*.

Arrundari, ex *runda*. v. *arrunzari*.

Arrunfari, *ronchiſſo*. v. runfari.

Arrunzari. Galli ex voce *rotundus* fecerunt *rond*, unde enata vox *ronda*, ſeu *runda*, hinc eſt *rundari*, & *arrundari*, & quia *d*. plerumque in *z*. convertitur, ut liquet in Hordeum *orzo*, Bidinum, *Vizini*, medium *mezo*, ex voce *rundari*, ſeu *arrundari* eſt *runzari*, *arrunzari*.

Arruſciari, modicâ aquâ roris inſtar adſpergere, a *rore*.

Arruſſicari, *rubere*, a voce *ruber*, pro qua nos *ruſſu* dicimus.

Arruſtiri, *torrere* a verbo *retorreo* fit *retoſtus*, & geminato *r* in principio ex linguę noſtrę genio fit *arretoſtus*, hinc *arroſtu*.

Arruttari v. ruttari.

Arruzzaulari, a gallica voce *rouſler*, ſeu *rouler* in orbem ducere.

Arſenali, *navale*, hiſpan. tarazana; erit ab heb. ארז *Erez* cedrus, & addito ה heemantico האדז *terez*, num. multitud. הארזים, *terezim*, chaldaicè הארזין *terezin*, eo quod e cedro naves fierent.

Arſenicu, *arſenicum*, gr. ἀρσενικὸν *arſenicon* maſ. u um, de veneno, quòd ejus malefica

ca vis mafcula fit, & efficax.

Arfira, *beri ferò*.

Arteria, grecè ἀρτηρία *arteria*.

Arteticu, *duluri arteticu*, dolor arthtriticus, gr. ἀρθριτικός *arthriticòs*, articularis.

Arti, *ars,tis*, a gr. ἄρω *aro* apto, hinc futurum æolicum ἄρσω *arso*, pro communi ἀρῶ *arô*, èo quòd artis ope fiat apta partium coagmentatio.

Articulu, *articulus* dimin. ab artus, us.

Artigghi, avium rapacium *ungues*.

Artigghiaria, voce hac nobis veniunt tormenta bellica, olim verò ex Dufrefnio citante Guill. Guiart anno 1304. veniebat currus inftructus miffilibus, lanceis, fcutis, aliifque armis, en Guillielmi verba:

Artillerie est le charroi,
Qui par Duc, par Comte ou par Roy,
Ou par aucun Seigneur de terre
Est chargiè de quarriaus en guerre,
D' arbaleftes, de dars, de lances
Et de targes d' unes semblances.

Artigghiuni, *fibulæ acus*, a fimilitudine unguis avium rapacium, qui vocatur *artigghiu*.

Aruca, *eruca*, herba cujus in acetariis eft ufus, ab *urendo*, quòd linguam *adurat*.

Arzanu, arbor picea e genere abietum, ab heb. ארז *Arez* cedrus, & num. multitudinis ארזים *Arazim*, & chaldaicè ארזין *Arazin*, omnes arbores piceæ dicuntur *Arazin*, unde Arzanu.

Afaru, *afarum* herba gr. ἄσαρον *asaron*.

Afca, *afca di canna*, *afca di cipudda*, affula, æ, vel a gr. σχίδαξ *fchidax* affula, & præpofito *a*, *afchida*, hinc *afca*.

Afceticu, *afceticus*, gr. ἀσκητικὸς *afketicos*, exercitationi deditus.

Afchiari 4. fyll. in affulas findere. v. afca.

Afcia difyll. afcia, æ, gr. ἀξίνη *axine*.

Afciari trifyll. invenire, unde vox veniat, me latet.

Afcidda, *axilla* vox diminutiva ab *ala*, ut a mala *maxilla*.

Afciu difyll. latrina, ab agendo, quòd ibi naturæ neceffaria agantur, hic nota literam *c*, in hac voce *afciu* leviffimo fonu, ac ferè cum fibilo pronunciandam, nec fuppleri poffe per literam *x*, cui fonus fortis eft, & afper: Quare præmoneo, voces, quæ olim fcribebantur per *x*, ut *xiauru*, *xiumi*, *xiuri*, in hoc Dictionario requirendas effe in litera S.

Afciucari, afciuttu, a verbo *adfugo* pro *exfugo*. Poliphilus cap. 2. *Avidiffimo di glutire la vana faliva, che in me era affu-*

assutta; & infra. *Non per altra via dunque, che semiviva ritrovantime, per ultimo refrigerio prebendeva le humide foglie rorulente, sotto la frondosa quercia riservate, & quelle porgere alli pallidi, & aspri labri cum ingurgitissima aviditate d'ingluvie lambendole* assuccare, *& la siticulosa avea refrigerare alquanto*.

Asciurtiri, & Sciurtiri, unde sciurtimentu. *Sortiri*, *sortitio*.

Ascutari, *auscultare*, ideft *auribus occultare*.

A sguazzu, *pingiri a sguazzu*, idem est ac *acquazzu*, coloribus nimirum aquâ, non oleo dilutis.

Asilu, *asylum*, gr. ἄσυλον *asylon*, prædæ, ac direptioni minimè obnoxium.

Asinu, *asinus*, quasi ἀσινὴς *asinès*, innocuus, animal mitissimum laboris, & verberum patiens.

Asma, asmaticu, *asthma*, *asthmaticus*, græcæ voces a verbo ἄω *ao* spiro, unde ἆσθμα *asthma* spirandi difficultas.

Aspergiri, *adspergere* a simplici spargo.

Aspettari, *exspectare*.

Aspettu, *aspectus* ab *aspiciendo*.

Aspidu, *aspis*, *dis*, græcè ἀσπὶς *aspìs*.

Aspirari, *adspirare*, a verbo *spiro*.

Aspru, *asper*, a græco ἄσπορος *asporos*, ideft sationi minimè aptus, vel a *spe*, quod fructuum spem non habeat, sicuti e contra *prosper* est a *spei profectu*.

Assa, hac voce portisculus nautas hortatur, lat. *Assa* Assâ voce.

Assaccari, *saccum* plenum levare, & concutere, ut majorem capacitatem adquirat, hinc *risaccari*, cum idipsum bis, & pluries fit. v. *saccu*. Hinc est, quod morituri, dum ultimos conatus edunt, dicantur, *fari l'ultimi assaccati*, nam summâ vi, & contentione anima e corpore, maximè in juvenibus, separatur.

Assaggiari, vox deducitur a *sagacitate*, seu a verbo *sagio*; *sagire* etenim est acutè præsentire, hoc fit, cum aliquid delibamus, ejus bonitatem prænoturi.

Assai, *satis*.

Assammarari, & Sciambarari. Abela lib. 2. not. 9. pag. 258. in fine dicit esse vocem arabicam, in Sicilia relictam a Saracenis, quæ denotat lavare cum lixivio; consonat Gonzalez de Oviedo in summar. Ind. Occid. cap. 83. apud Ramusium „ *L'altra foggia di lavorare la miniera in fiume, over torrente d'acqua si fà altrimenti, & è, che gettando l'aqua fuori del suo corso, da-*

poi

poichè è secco il letto del fiume, *& hanno* xamurato, *che in lingua delli minerali vuol dire votato*, *perchè* xamurare *è proprio cavar fuori fino all'ultimo*.
Assaltari, *assilire*, assaltu, *assultus*, a verbo *salio*, idest *salto*.
Assassinari, assassinu; Nota *Assassinorum* Origo. vide Jac. de Vitriaco, & Vill. Tyrium.
Assediari, *obsidere*.
Assemblea, a voce *insimul*, hinc venit *insembra*.
Assentari, hispanicè *assentar*, idest ponere, reponere.
Assensu, *assensus*, ab *assentiendo*.
Asseriri, *asserere*.
Assessuri, *adsessor*, ab *adsidendo*, quod alii Judici *adsideat*.
Assestari, est aliquid circino, vel amussi disponere, æquare a voce *Sestu*.
Assettari, *adsidere*.
Assi, *axis*, a gr. ἄξων *axon* pro eodem.
Assiari li cani, cum ad mordendum incitantur, italicè *aissare*, vel *adissare*, a vocibus *ad issu ad issu*, hoc est, *ipsum ipsum* mordeas.
Assiccari, *exsiccare*. v. Siccu.
Assicundari, *secundò*, idest iteratò aliquid moliri, vox deducta a puerperiis, nam edito infante debet puerpera *secundò* eniti membranas, quibus fœtus erat involutus, quæq: *secundæ* dicuntur: gr. ἄμνιον *amnion*, & χόριον *chorion*.
Assicurari, *securum* reddere.
Assicutari, a *sequendo*. v. sequitari.
Assiderari, *siderari*, hinc *sideratus*, quasi *sidere* tactus; valet etiam siccare tum ob nimium calorem, qui in caniculę exortu incidit, cum etiam ob vehemens frigus, quod etiam *exsiccat*, & adurit.
Assiduu, *assiduus*, ab *assidendo*.
Assignari, *assignare*, a *signando*.
Assimigghiari, *adsimilare*, v. simili.
Assincupari, *syncope* corripi.
Assinziu, aliter *erba janca*, *absinthium* gr. ἀψίνθιον *absinthion*.
Assistiri; *adsistere*.
Assitatu, *sitibundus*, a *siti*.
Associari, *associare*.
Assodari, *solidare*, v. saldari.
Assoldari, *ære solido* conducere; v. soldu.
Assolviri, *absolvere*, a *solvendo*.
Assorbiri, *absorbere*, assortu, *absorptus*.
Assu, seu Asu primus alearum numerus. *As*, *assis*.
Assubitari, *subitò* deprehendere.
Assuefari, *adsuescere*.
Assulicchiarisi, *insolari*, a *Sole*, apricari.
Assumiri, *adsumere*.
Assummari, ab imo *ad summum* venire, est etiam numerorum *summam* conficere.
Assuppari, ex voce *suppa*.
Assurdu, *absurdus*.
Assuttigghiari, a *subtilitate*.

Asta,

Aſta, *baſta*.
Aſtedda, *baſtula*.
Aſtemiu, *abſtemius*, ideſt abſque vino, quod *temetum* dicitur ex gr. μέθυ *methy* vinum.
Aſtergiri, *abſtergere*, a *tergendo*, quod ab Æolico τέρσω *terſo* pro τρίβω *tiro*, ſicco.
Aſteriſcu, *aſteriſcus*, ſeu ſtellula gr. ἀστερίσκος *aſteriſcos*.
Aſtinenza, ab *abſtinendo*.
Aſtiu, aſtiuſu, latinè *invidia*, *invidus*, ab *aſtu*, ideſt malitia.
Aſtracu, aſtracatu, pavimentum e teſtulis, quæ gr. ὄστρακα, *oſtraca*, ideſt *oſtracatu*.
Aſtrattu, *abſtractus*, a *trahendo*.
Aſtruſu, *abſtruſus*, a *trudendo*.
Aſtutu, aſtuzia, *aſtutus*, *aſtutia*, ab ἄστυ, *aſtu*, ideſt Civitas, cives enim præ villicis ingenio magis pollent.
Aſtutari, nobis eſt extinguere ignem, vox autem nil aliud denotat, quàm *aſtu tutari*, ideſt ignem diligenter cuſtodire, ne inſperatò incendium creet.
Ateu, *atheus*, gr. ἄθεος *atheos* ſine Deo.
A tinchi tè, hic loquendi modus nil aliud denotat, quàm, *inchiti te*, quòd latinè eſſet *impleare*, & ad ſatietatem *tene*.
Atrigni, prunum ſilveſtre, ab *atro* colore.
Atriu, *atrium*, græcè αἴθριον *æthrion* ſubdiale.
Atroci, atrocità, *atrox*, *atrocitas*, prima facie videtur eſſe ab *atro* colore; quem; ut plurimum, ſævi præſeferunt, ſed magis arridet eſſe a *truculentia*, ac *truci* vultu, quem efferi, & minaces habent.
Attaccari, ligare, gallicè *attaccher*.
Attappari v. tappu.
Attaſſari, *taxo* inficere, translatè de frigore, quo artus rigent.
Attendiri, attenzioni, *attendere*, *attentio*.
Attentari, *tentare*.
Atterrari, ad *terram* proſternere
Atterriri, *terrere*.
Atteſtari, de cæpis, atque alliis, cum capite fiunt groſſiore.
Atteſtari, a *teſtando*.
Atti, *actus*, & *acta*, ab *agendo*.
Attillari, attillatu, quòd latinè *comere*, *comtus*: eſt a verbo *apto*, *as*, & diminutiva voce *aptillo*, *as*, ut a *canto* fit *cantillo*, & benè convenit diminuta vox, nam munditiæ ſtudioſi, minima quæque, & capillos aptant, & curioſiſſimè locant, atque comunt.
Attimpuni, *actus impunitatis* a Judice reo conceſſus, ut ſceleris ſocios detegat.
Attimu, in un attimu, de temporis momento, a gr. ἄτομον *atomon*, indiviſibile.
Attinenza, *attinentia*, ab *attineo*.
Attirantari, a participio *tiranti*, quod a verbo *traho*, *is*.
Attiſari, a ſupino *tenſum*, verbi *tendo*.
Attitari, *acta* facere.

Attitudini, *aptitudo*.
Attivu,azzioni, *activus*, *actio*,ab *agendo*.
Attizzari,propriè est deigne,cum *titiones* fricamus, ut flammescant, translatè verò est, cum aliquem irritamus.
Attonitu,*attonitus*, est de eo,qui *tonitrui* fragore obstupuit.
Attornu, attorniari, voces deductæ a *tornus*, torno siquidem res gyratur.
Attrairi, *attrahere*, a *trahendo*.
Attrassari, attrassu, ab hisp.voce *atràs*,retro,hinc *attrassari* est *retro* manere.
Attraversari,*transversum* agere
Attribuiri, *attribuere*.
Attrincari v. trincari.
Attristari, *tristari*, *tristi* animo esse.
Attrivimentu,attrivitu,ab *attribuendo*; usurpantur hæ voces de audaci, qui plus justo sibi *attribuit*.
Attrizioni,*attritio*,ab *atterendo*, quod minus valet, ac *contero*.
Attruppicari v. truppicari.
Attu, corruptè *fari jattu* actus. Facia *jattu* chi durmia, simulabat se dormire, idest simulabat *actum* dormiendi.Poliphilus l.1.c.18.*accortosi di me la Sacrificatrice*, atto *fecemo*, *che non me spaventasse*.
Attussari v. tussu.
Attuppari v.stuppari.
Attuppateddi, dicuntur limaces dormientes,qui tunc velo quodam sunt obducti.
Atturniari, a *torno*.
Atturrari, *torrere*.
A tu per tu, liquet, quid hac loquendi formula velimus;urbanis moribus positis loquimur.
Avantaggiu, avantaggiari, a voce *antea*,*anteire*.
Avantarisi, *anteire*.
Avanti,*ante* cum præp.*ad adante*, & dulciori sono *avanti*.
Avanzaltari, *ante altare*, pallium, frons *altaris*.
Avanzari, avanzu, *anteire*, *antegredi*.
Avarizia, avaru, *avaritia*, *avarus*, idest *avidus auri*.
Averu,& daveru,a *vero*,& *verè*.
Augi, *aux*,*gis*, idest punctum circumferentię eccentrici longissimè distans a terra, quamvis etiam possit esse a gr. αὐγὴ *augè* splendor.
Auguriu, *augurium*, quòd *avigerium*, *avigarrium*, & *avigustium*, auguria enim ab avium *gestu*, *garritu*, vel *gustu* petebantur.
Augustali, moneta a Friderico Imper. cusa; Chron. Ricardi de S.Germ.ann.1221.,, *Nummi aurei*, *qui Augustales vocantur*,*de mandato Imperatoris in utraque Sicla Brundisii*, *& Messanæ cuduntur*; eorum valorem,&formam docet nos idem Chronicon anno 1222. his verbis: *Quidam Thomas de Pando civis Scalęsis*,*novam monetam auri*,*quę Augustalis dicitur ad S.Germa-*

manum detulit distribuendam per totam Abbatiam, & S. Germanum .... juxta valorem ei ab Imperiali providentia constitutum, ut quilibet nummus aureus recipiatur, & expendatur pro quarta uncia sub pœna personarum .... figura Augustalis erat, habens ab uno latere caput hominis cum media facie, & ab alio Aquilam.

Avidità, avidu, *aviditas*, *avidus*, ab *avendo*; *aveo* idem est ac *desidero*, aviditas ergo est immodica *habendi* cupiditas.

Aviri, *habere*, verbum latissimi usus tum in latina, cum in vulgaribus linguis.

Aumentari, aumentu, *augmentare*, *augmentum*, ab *augendo*; *augendi* vox a gr. αὐξάνω *auxano*, augeo.

A vogghia, idiotismus, quo significamus, rem aliquam quovis conatu minimè assequendam, nam dicimus, *avogghia di pregari*, *avogghia di spendiri*, *avogghia di curriri non otterrai l'intentu*; latinè reddas *Preceris usque*, *expendas licet*, *curras licet* non assequeris. Literalis tamen idiotismi sensus est, *hai vogghia di pregari*, *di spendiri*, *di curriri*, hoc est, ideo precaris, expendis, curris, quia preces, expensam, cursum tantummodo intendis.

Avoliu, *ebur*, a gall. *yvoire*, avolıu.

Aura, *aura*, gr. αὔρα *aura*, ab ἄω *ao* spiro.

Aurata, *aurata*, piscis ab *aureo* colore.

Ausari, *levare*, ab ital. *alzare*.

Austeru, *austerus*, gr. αὐστηρὸς *austeròs*.

Autentica, a gr. αὐθέντης *authentes*.

Autorità, *auctoritas*, ab *augendo*.

Autru, *alter*.

Autu v. altu.

Autunnu, *autumnus*, ab *augendo*, tunc enim *augentur* opes.

Auturi, *auctor*, ab *augendo*.

Ava, avu, *avia*, *avus*; ab heb. אב *Ab* pater, qua voce, & majores dicti.

Avvalirsi, avvalurari. v. valuri.

Avvelenari v. velenu.

Avvenenti, avvenenza, *venustus*, *venustas*, quòd cum annis *veniat*, & depereat.

Avveniri, *advenire*, v. veniri.

Avventari, *adventare*, dicimus in sensu quietis, præcipuè in funeribus, *lu tali avventò*, quò debebat pervenire jam *adventavit*.

Avventurari la sorti, *sorti se committere*, v. ventura.

Avvermarsi, v. vermu.

Avversariu, *adversarius*, ab *adversando*.

Avvertiri, *advertere*, quod est animum aliquò *vertere*.

Avvezzari, *assuescere*.

Avviari, in *viam*, seu ad *viam* dirigere.

Avvicinari, v. vicinu.

Avviliri, v. vili.
Avviluppari, v. viluppu.
Avviniri, *advenire*.
Avvisari, avvisu, *visu*, seu oculis, & nutu docere, idest *parrari cu l'occhi*.
Avviticchiari, *viticulis*, idest capreolis ligare.
Avvizzari, avvizzamentu, *adsuescere*, aliter invizzari, &c. a *vice*, quod enim, per vices fit, idipsum est adsuescere.
Avvocari, *advocare*.
Azardu, gall. *azard*, sors, hinc *azardari*, sorti committere.
Azimu, *azymus* panis, idest sine fermento, a gr. ζύμη *zyme* fermentum, cum α privativo.
Azzaru, azzariari, a gall. voce *acier* quamquam & ipsa sit ab *acies*, est enim durissimum ferrum, quo cultrorum, ensiumve acies fiunt.
Azziccari, verbum deductum ex nomine *Zicca*, quæ est animalculum canibus innascens, quibus tenacissimè adhæret, nec inde, nisi cum pelle evellatur lat. *ricinus*.
Azzinnari, azzinnamentu, voces deductæ a nomine *Zanni*, quo significantur dentes, his vocibus utimur, cum sermo est de cultris, novaculis, cum eorum acies aliqua sui parte rumpitur, vel hebetatur, ibi enim fit quasi quidam denticulus, v. *zanni*, & *zinnu*.
Azzizzari, azzizzatu, scitè, venustèque comere, ornare, sunt ex voce *zizzu*, quæ ab hebr. ציץ *ziz* flos, qui enim plus nimio comti, ornatique incedunt, sunt veluti flores venustuli.
Azzò, dicimus *Omu d'azzò*, ad hoc natus; ti preju, azzocchì facissi, rogo te *ad hoc*, ut facias.
Azzoru, & azzurru, cœruleus color, ab arabico *Zorriek*, Abela pag. 22. in fine „ *Uyed*, e *Zorriek*, *Vallone donde prese il nome la terra vicina detta* Zorriek, *che tanto significa quanto azzurro, o ceruleo*.
Azzotta, azzottari, hispanis virgæ vocantur *açotas*, hinc *azzottari* virgis cædere.

B

Babalà v. Alababalà.
Babaluci v. Bavaluci.
Babau, & baubau, vox exprimens canum latratum. Solemus hac voce infantes querulos, & immorigeros terrere, dicendo: *Veni la babau*, larva venit:
Babbanu, & babbu, *balbus*, ita dictus, quòd syllabam *ba* malè, ac sæpius replicet *ba ba*, hinc *babbu*, *babbanu*, eo scilicet

licet modo, quo ex inepta, ac difficili pronuntiatione syllabæ *ta*, fit vox *tartagghia*; vox hæc cognita Hesychio, qui habet βαβάζειν τὸ μὴ διηρθρωμένα λέγειν, idest *Babazin*, *inarticulatè loqui*.

Babuinu, *cynocephalus*, quasi *balbus*, ideſt non loquens.

Bacarozula, *meretricula*, ab hebr. בקר *Bacar* vacca, quomodo meretrices vocantur.

Baccanu, *bacchantium* clamor.

Bacchetta, *virgula*, ex hac voce fit *virghetta*, & solita mutatione literæ *u* in *b* fit *birghetta*, unde *bacchetta*; gallicè *baguette de musquet*, virga sclopeti.

Baciari, baciu, &c. *basiari*, *basium*, vox nata e sonitu, qui *basiando* fit; *basia* enim sonant *ba*, & quando infantes ab *basia* provocamus, ipsis dicimus *ba*, *ba*.

Bacili, *pelvis*, *malluvium*; vox sequioris seculi, etymon non elucet, nisi sit ex voce *Bacca*, ut apud Isid. pro vase aquario.

Baculu, *baculus*, gr. βακτηρία *bacteria*; idem.

Bada, & badetta, sunt a videndo, *tiniri li badetti* speculatores tenere; lat. *specula*.

Badagghiu, *oscitatio*; vox ficta a sono *baa*, qui oscitando editur, gallicè *baailler*.

Badagghiu, *camus*, seu *fiscella*, qua bestiarum os ligatur, ne mordeant, hisp. *badal*.

Badetta, ideſt *vedetta*, a *videndo*, specula.

Baffu, & buffu, a *bufone*, qui turgidus est, & inflatus.

Basia, casale prope Castrum regale, a gr. βαφεὺς *bapheus*, tinctor, infector, fuit forsan ab initio habitatio tinctoris.

Bagagghiu, latinè impedimenta, ex voce *Baga*, quæ arcam, seu corbem denotat, continens pro contento, hinc vox *Bague*, & *bagage*; Dufresn. in v. *Baga*.

Baganu, *malluvium*, a latino *Bacar* vas vinarium, vel ab hebr. אגן *Agan* crater, & num. plur. cum affixo בגנות *Baganoth* in crateribus. Exod. 24. 6.

Bagaria, Maritima prope Panormum; vox est arabica & denotat *maritimum*. Abela lib. 2. not. 10. „ *Uscendo i Saracini dal porto della Kalaa*, „ *cioè fortezza*, *detto fin oggi tal bahria*, *che vuol dire della maremma*, *e del maritimo*, quin etiam cap. 27. & 28. Act. Apost. arabicè editorum apud eumdem, in quibus describitur naufragium Divi Pauli, ibidem quatuor vicibus occurrit vox *Babhar*, & significat *mare*; apud Jo: Leoni in descriptione Africæ p. 5. ubi agit de Tuneto hæc habes „ *E cresciuto di poi un altro borgo*, *che è fuori della porta appellata Bebel bahar*, *cioè*

la

la porta della marina.

Bagascia, *scortum*, ex heb. באש Baasc fœtuit, & benè, nam suo fœtore viciniam, & juventutem inficit.

Bagattella, *nugæ*, quisquiliæ, a *bagattino* vilissima moneta.

Bagghiolu, ab italica voce *pajolo*, lebes.

Bagghiu, 2. syll. atrium, a gr. βάλλειν *ballin*, projicere, nam eò domus purgamenta βάλλονται *ballontæ* jaciuntur; vel erit a voce βάγιον *bagbion*, quæ ab Hesychio interpretatur μέγα, ideſt magnum, eſt enim pars ampla domus.

Bagghiu, 3. syll. *Bajulus*, alio nomine *Ballivus*, Messanę jus dicit in causis, quæ summam unciarum quinque non excedunt.

Baggianu, v. paggiu.

Bagnari, v. bagnu.

Bagnu, *balneum*, græcè βαλανεῖον *Balanion*, hinc *bagnari*.

Bagnu d'Erculi apud Hesychium in voce ἡράκλεια λουτρὰ habemus, Herculi a Siculis nymphis paratum fuisse balneum.

Baja, *fari la baja*, vox eſt ex irrisione, quam alicui facimus, cum dexteram manum ori aperto sæpius admoventes, & removentes *ba* syllabam ingeminamus, hinc *baja*.

Baida, in indice locorum in Sicilia non existentium apud P. Massam habetur *Baida*, ibique dicitur vocem hanc significare *surculum palmarum*; sed falsò, nam vox significat *album*. Abela pag. 20., *Blata el baydba, che vuol dire Rocca bianca*, pag. 23. *Guardia ta Ras il Baiadba di capo bianco*. pag. 25. *Siekia il Baidba, condotto bianco*. Scient sanè Panormitani, in quorum finibus fuit casale *Baida*, ibi rupes, montes, vel terra *alba* sint.

Bajoccu, moneta Romana duos asses valens, a voce italica *pajo, par paris*, hinc solita mutatione *p.* in *b.* fit *bajoccu* pro *pajoccu*.

Baju, color equorum, latinè *spadiceus*, a gr. βαΐον *baion*, quod denotat palmæ spatham, quæ coloris eſt punicei, & *spadix* dicitur, unde *spadiceus*; huc referri poteſt vox *Bajardu* quasi Spadiceus ardens, ideſt *Baju jardutu*, & geminis vocibus in unam coeuntibus *Bajardu*.

Bajunetta, idem ac *vainetta*, vaginula.

Balacu, *leucojum*, a gr. λευκόϊον *leucoion*, alba viola; de etymo non liquet.

Balata, idem ac *lapida* literarum permutatione.

Balaustru, flos mali punici silvestris, *balaustium*, gr. βαλαύστιον *balaustion*; ita vocantur

tur columellæ, quibus podia; & meniana sepiuntur, forsan a similitudine, quam habent cum hoc flore.

Balbuzienti, *balbus*, ex inepto prolatu literæ *b*. vide *Babbanu*.

Balcuni, vox augmentativa a simplici *Balcu*, quæ denotat fenestram; quia verò majoris luminis ergo inventæ fuerunt fenestræ grandiores, quæ ad solum pertingant, fuit inde vox *balcuni*, idest *fenestruni*, ne quis verò inde decideret, addita repagula ferrea. Messanenses has grandiores fenestras vocamus *Balcuni*, Panormitæ verò *fenestruni*.

Baldacchinu, propriè significat pannum in *Baldach*, seu *Babylone* textum; scimus ex urbibus ubi res fiunt, & nomina enasci, ut *Marrocchinu*, *Corduana*, pelles nimirum *Maroci*, *Cordubæ* præparatæ.

Baldanza, baldanzusu, &c. latinè *alacritas*, *audacia*, vox composita ex duabus vocibus idem significantibus, nempe ex *bullu*, & *danza*, sæpius occurrunt voces ita compositæ, ut *Mongibellu*, *Lingua grossa*, *Capurais* &c.

Balena, *balæna*, a gr. φάλαινα *phalæna* solita mutatione aspiratæ φ in *b*.

Balenu, *coruscatio*, *fulgetrum*, undenam veniat, mihi ignotum.

Balestra, *ballista*, a gr. βάλλω *ballo* jacio, quòd ejus ope lapides jacula &c. jaciantur.

Balia, *bajula*, quòd puerum *bajulet*, alia a nutrice, quæ lacte nutrit, & dicitur *nurrizza*.

Balici, *bulga*, omnes penè consonæ vocis *bulga* sunt in voce *balici*.

Balla, idem ac *palla*, transfertur ad mercium sarcinas grandiores, quæ pilarum instar gyrantur.

Ballasii, sunt canum saltus, & gesticulationes, quibus hero advenienti plaudunt, v. *ballu*.

Ballu, ballari, *chorea*, *choreas* agere, vox est heb. בלל *balàl* confudit, nam, qui choreas agunt, miscentur invicem, & confunduntur, hinc est vox præcedens *ballasii*; canis enim undique saltans ante, retro, sus deque domino blanditur.

Balordu, v. lordu.

Balsamu, *balsamum*, gr. βάλσαμον *balsamon*, ab heb. בעל שמן *babal scemen*, idest *Dominus olei*, nimirum ob odoris præstantiam.

Baluardu, *propugnaculum* a voce *Warda*, & *garda*, quæ significat custodiam, est enim locus apprimè munitus in urbium, & castrorum mœnibus.

Balzanu, dicitur de equo, qui maculas habet diversi coloris in pede; nostri alio nomine hujusmodi equum vocant *ca-*

solu; apud Venetos hoc adagium sollemne est. *Balzan da quattro, caval da matto, balzan da tre, caval da Re; balzan da un, non ghe lo dar a niun.* Anne a voce βάλιος *balios*, quam Martinius dicit idem valere, ac *varius*?

Bambaci, & bombaci, lanugo gossipii, alio nomine *cuttuzi*, lat. *bombax*, *bambax*, vel etiam *bombyx* inde charta *bombycina*, ex *bombyce* contuso parata

Bambinu, *infans*, vox orta ex gr. βαμβαίνω *bambano*, inarticulatè loquor, idcirco hoc nomen convenit pusionibus, cum in voculas erumpunt, qui βαμβαίνουσιν *bambanusin*, idest inarticulatè loquuntur, inde est vox latina *Bambalio*, qua usus Cic. Philip. 3. cap. 6. „ *Tuæ conjugis bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit*.

Bampa, ex latina voce *Flamma*, esse etiam poterit a Syracusia voce βάμβα *bamba*, quę Hesychio *colorem* etiam denotat, flamma siquidem vivissimi est coloris. Hes. βάμβα τὸ χρῶμα, καὶ μύρου τι μέρος, καὶ τὸ ἔμβαμμα συρακόσιοι. *Bamba est color, & unguenti quadam portio, & intinctus, seu condimentum Syracusii*.

Banca, bancu lat. *planca*, quòd *plana* sit, hac voce Græci recentiores utuntur βάγκος *bancos*, pro eodem.

Banchettu, banchettari, *convivium, convivari*, nam in convivio ante invitatos mensa apponitur, ad differentiam frugalioris victus, cum scilicet panem, caseumque, vel aliud quidpiam pugno tenentes mãducamus, quod nos dicimus *mangiari panii in pugnu*, adeoque nil opus mensa, ubi lances reponantur; hinc *banchettari* est manducare in *mensa*.

Bandu, *latus*, a verbo *pando*, *as*, quod est *incurvare*, latus enim, & *banda* locus est, ubi corpus incurvatur.

Bandera, *vexillum*, Salmasius deducit a persico vocabulo *Band* fascia, quòd in modum fasciæ fit. Judæi uti Regiæ Curiæ servi tenebantur vexilla facere, pro Castris Siciliæ. Cap. 350. Regis Alphonsi.

Bandelora, *parvum vexillum*.

Bandu, bandiari, *Edictum, edicere*, quòd olim fiebat sub hasta, cui velum erat appensum.

Bandunera, *marsupium*, ab italica voce *bandoliera*, quòd ad latus sita sit.

Baracchettu, Messanæ vocamus navium velum, ab heb. פרכת *parochet* velum.

Baraddi, ex sanguinis irritatione, quin etiam ex cimicum morsu elevantur in cute quædam

dam eminentiæ, has Meſſanæ dicimus *foddari*, aliàs *favi*, & *coccia*, alibi in Sicilia audio dici *baraddi*, eſt ab hebr. ברד *Barad* grandinare, a quo ברוד *Baràd* grandinatum punctis notatum quaſi grandinis, eſſe etiam poterit ab alia voce hebr. פרודת *perudot*, ideſt *grana*, ob ſimilitudinem cum granis, ſeu ſeminibus.

Baratru, *barathrum*, gr. βάραθρον *barathron* foſſa profunda, ab hebr. ביר *bar*, vel בור vel *bor* fovea, ciſterna, inde liquet vocem ab initio fuiſſe *bar*, ſyllabas verò ſequentes fuiſſe vocis productionem.

Barattaria, barattu, de etymo non liquet.

Baraunda, *rumor* ex confuſa hominum multitudine; hiſpan. *barabunda* Brancios.

Barba, *barba*, *æ*, a gr. πάππος *pappos lanugo carduorum*, mutato *p* in *b*, & inſerto *r* fit *barba*.

Barba, ficto illo loquendi genere, quod *Gergu* dicitur, vox hæc *barba* denotat quatuor tarenos monetæ Siculæ, profectò ex hebr. ארבע *Arbaab* quatuor.

Barbabeccu, *barba hircina*, herba ita dicta a ſimilitudine, quam habet cum *hirci barba*, græcè τραγοπώγον *tragopogon*, eadem ſignificatione.

Barbacani ſunt muri interiores, qui mœnia ſuſtinent, ex hebr. בר-בחן *Bar-bachan*, *filius munitionis*, ſeu *propugnaculi*; mœnibus ſiquidem adhærent quaſi eorum filii. Alii verò moraliter dicunt, nomen hoc eſſe ex *barbis canis*, ſeu *albis*, eo quod Urbes tunc tutæ ſint, & inexpugnabiles, cum ad gubernii clavum *barbæ canæ*, ideſt Seniores, juvenibus excluſis, aſſident.

Barbajanni, avis nocturna *bubo*, ita dicta, quòd *barbam candidam* ſub mento habeat, propriè *barbajanca*, & levi mutatione *barbajanni*.

Barbalacchiu, dicimus de homine candido, qui nil mali ſuſpicatur, ab hebr. בר-ברך *Barbarac*, ideſt *filius benedictionis*, ſeu *benedictus*, eo prorſus modo, quo de hujuſmodi dicimus, *è un bonus vir*.

Barbarottu, mentum, ideſt *barba rupta*, eo quod inibi *barba* bifariam dividi ſolet.

Barbaru, *barbarus*, de hac voce conſule Etymologos quamplura comminiſcentes, & nihil certi extundes.

Barbaſapiu, ex barb. *Valvaſſor*, hoc nomine illum compellamus, qui præ aliis ſapientiam oſtentat; ac ſi eſſet *barba ſapiens*.

Barbaſcu, *verbaſcum*, quaſi *barbaſcum*, eſt ſiquidem herba lanuginoſa, ſeu *barbata*.

Barberi, *a barbis* tondendis, hu-

jus officina, *tonstrina*.

Barca, *cymba*, *ratis*, quid ea sit, omnes norunt, de etymo non constat: crederem esse a gr. βάρις *baris* voce Jonica, qua venit *navigium*, *navis*; esse etiam poterit ab alia voce græca ὑέχη *burche*, instrumento scilicet, quo nautæ onera portant, & sanè grandiora navigia oneraria nos vocamus *urchi*. Petrus de Marca in append. ad Marcam Hispan. cap. ult., ubi agit de etymo *Barcinonis*, dicit esse vocem Africanam, equidem apud Afros est provincia *Barca*, unde Annibal *Barchinus*.

Barculiari, *instar cymbæ* fluitare.

Barda, bardedda, *clitellæ*, vox enata ex *Farda*, *fardeddu*, solita mutatione *f*, in *b*.

Bardaloru, *asinus clitellarius*.

Bardana, *herba* ita dicta.

Bardascia, *cinædus*, *pathicus*, vox Hesychio cognita, apud quem est βαδᾶς κίναιδος *badàs cinædus*, ex *Badàs* inserto ad sonoritatem *r*. fit *Bardàs* hinc *bardascia*.

Bardigghiu, color referens *pardi* colorem, hinc *marmu bardigghiu*.

Barlumi, est tenue illud lumen, quod noctu videmus, hybrida vox ex hebr. בר *bar* filius, & lat. *lumen*, hinc *barlumi* valet *filius luminis*; crepusculum.

Barozzu, nobis est homo stupidus, aliter *stipes*, *truncus*, ex hebr. ברזן *Barez* ferrum, quòd sensu careat, ac ferrum.

Barra, vox linguis vulgaribus familiaris, de cujus etymo varia habes apud Dufresnium; mihi vero fit simile, quod sit ab hebr. voce בר *Bar* filius sunt enim *barræ*, quasi quidam tabularum *filii* lat. vectis, pertica; Græci, qui Turcarum metu campanis uti non possunt, earum loco ad fideles convocandos utuntur tabulis ulnam longis, & quatuor pollices latis, has vocant βαρέας *bareas* nempe graves, seu veriùs *barras*.

Barracani, cameloti species ex hebr. בר *Bar* filius, & רקם *racàm* acu pictus. Statut. Cluniac. cap. 18. „ *Statutum est etiam, ut nullus scarlatas, seu barracanos, aut pretiosos burellos. . . . sive picta quolibet modo stamina habeat*, „ quin etiam ex Divo Bernardo de vita, & moribus Relig. c. 9. „ *Putasne cujuspiam ibi lectuli opertorium, cattinum, aut discolor barracanus operiebat?*

Barracca, *taberna*, quòd è barris constet.

Barranca, nobis est claudus. Hesychius vocem βαρραχᾶν *barrachàn* exponit σκιρτᾶν *skirtân*, ideft saltare, claudi namque, cum pedibus minimè valeant, incedendo, quasi saltant.

Bar-

Barriceddu vox barbara, lat. *apparitor* in Capit. Caroli Calvi vocatur *Barrigildus*.

Barrili, a gr. βαρύς *barys* gravis, vel, ut placet Dufresnio ex Cambro-brittanico sermone *Baril* cadus, dolium.

Barulè sunt plicæ, quas facimus longioribus tibialibus supra genua involutis; vox enata e duabus vocibus gallicis, nimirum *bas*, ideſt tibiale, & *roulè* rotundum, involutum, nobis *ruddatu*: hinc *barulè* idem eſt, ac *cauſetta ruddata*.

Baruni, *Baro*, vox ſequioris ſeculi, qua de latiſſimè Dufresnius.

Barzelletti, *joci*, ex heb. חבצלת *chabzelet roſa*, vel *lilium*, nomen verò jocis quadrat, ſunt enim ſermonis quaſi floſculi.

Baſa, in alearum ludo quælibet victoria dicitur *baſa*, a græca voce βάσις *baſis*, eo quod ad integram victoriam felix aleæ jactus, *baſis* loco ſit.

Baſca, baſchiari, *æſtus*, *æſtuare*, habent eamdem vocem Hiſpani, v. Franciofinum in voce *baſca*.

Baſi, *baſis*, gr. βάσις *baſis*.

Baſicò, quoddam Sanctimonialium Monaſterium Meſſanæ vocatur *Baſicò* ex græca voce βασιλικὸς *baſilicòs* regius, nam fuit Friderici Regis ſumtu fundatum.

Baſilica, *templum majus* regio cultu, ac magnificentia inſignè, a gr. βασιλικὸς *baſilicòs* regius, fuit olim Meſſanæ *via baſilica*, quæ poſtmodum dicta fuit Dromu.

Baſilicò, herba ſuaviſſimi odoris, lat. *Ocimum*, a gr. βασιλικὸν *baſilicòn*, ac ſi eſſet planta regia.

Baſiliſcu, *Baſiliſcus*, regulus; græcè βασιλίσκος *baſiliſcos*.

Baſiſi, radix quædam parva, de qua Joannes Leoni part. 5. deſcript. Africæ, ubi de Civitate Capes „ *Per tutto quel terreno creſce ſotto terra un frutto di groſſezza come un radicchio, ma picciolo come fave, il qual ſucciano, & è dolce come mandorle, & ſi uſa in tutto il regno di Tunis, & da gli Arabi è chiamata Habbhaziz*, latinè diceretur *cyperum edule*, in hiſtoria generali plantarum vocatur *Traſi*, undenam neſcio.

Baſtanti, baſtanza, *ſufficiens*; *ſufficientia*; quo verò ad etymon, præſtat hic adducere verba Dufresnii in voce *Baſtare*. „ *Baſtare, Italis baſtare, eſſer a baſtanza, ſufficere, quod vulgo dicitur benè ſtare, vide origines Italicas V. Cl. Ægidii Menagii*; idem Dufresnius in voce *Baſtus ſufficiens, charta Hiſpanica æræ* 1153. *Tunc quidem dejecto ab Epiſcopatu Didaco Priore, cumque Adulphus Abbas ſanctus vir, & bonus videret*

 au-

augeri sub se servos Dei, *&* *in illo minimo habitaculo non posse congregari*, *penitus diruit*, *&* *majus*, *satisque congruum*, *&* *bastum condere capit.*

Bastardu, *nothus*, etymon non liquet.

Bastasi, *bajulus*, a græco βαστάζω *bastazo* porto, as.

Bastasia v. sequentem vocem.

Bastia, septum, vallum, e qualibet re, qua Urbes muniuntur, dicitur etiam *bastasia* agger, quo fundus ab aquarum alluvie tutatur.

Bastimentu, dicitur navis grandior, ex voce *Basta*, quæ significat *Castrum*, *turrem*, nam grandior navis in mari pro Castro, ac turri est.

Bastiuni, *propugnaculum* a voce *Bastia*.

Bastu, *clitellæ*, ex barbara voce *bastum* sella, super qua sarcinæ locantur.

Bastunaca, *pastinaca* herba.

Bastuni, bastuniari, *baculus*, *baculo mulctare*, gr. βακτηρία *bacteria*, baculus.

Batalaccu, homo rei suæ prodigus.

Battagghia, *prælium*, ex barbara voce *batalare* arma tractare, v. Dufresnium in voce *Batalare*.

Battagghiu, campanæ malleus, a voce *Battiri*.

Battagghiuni, *phalanx*, a voce *Batalare* arma tractare.

Battaria; tormentorum series; ab eodem.

Battellu, *scapha*, vox diminutiva a *batus* mensura liquidorum, ab hebr. בת *bath batus*.

Battiari, & battizzari, *baptizare*, a gr. βαπτίζω *baptizo* mergo, hinc battisimu, *baptismus* βαπτισμὸς *baptismòs*.

Battiri, *batuere*, a verbo *batuo* optimæ notæ.

Bau, vox ficta ad exprimendum canis latratum, *baubatus*, ex verbo *baubor* optimæ notæ apud Lucretium.

Bava, bavusu, baviari &c. Bava nobis est hominis, vel animalis, puta limacis, aranei, bombycis tenuissima saliva, ex hebr. בבא *bava*, qua venit oculi pupilla, eo quod instar ocularis pupillæ luceat.

Bavalata, per contemptum dicitur homo ineptus, qui nec salivam sibi norit tergere, sunt duæ voces *bava lata*.

Bavaloru, linteolum, quod infantium collo ligatur ad salivam excipiendam; diceres *linteum salivare*.

Bavaluci, & babaluci, limax, ita dictus, quod ejus saliva lucida sit; Messanæ vocalibus permutatis dicitur Buvalaci, pro *bavaluci*; *babaluci* etiam apud nos vocantur Confratres cujuscumque sodalitatis saccis induti facie cooperta longo caputio duobus tantùm foramini-

minibus instructo, per quæ videre possint, similitudine a limacibus *bavaluci* ducta, qui tempore, quo dormiunt, faciem, ut ita dicam, suam velo quodam obducunt, & ita clausi, & undique tecti usque ad primas Autumni pluvias perdurant.

Baullu, arca rotunda corio tecta. Francios. *Baul, o babul tamburo forte di cassa da portar per viaggio*.

Bavusa, piscis a muco nomen habens, latinè *myxon*, gr. μύξων *myxon*, mucus, quia muco, seu *bava* undique involvitur.

Be be, ovis belatus, a sonitu quem ovis belando edit, gr. etiam βῆ βῆ *be be*.

Beatu &c. *beatus*, a *beando*.

Beccaccia, *scolopax*, Hisp. Picaza, a longiori rostro, quod nobis *beccu*, nomen habens.

Beccaficu, *ficedula*, quòd ficus edendo perforet.

Beccamortu, *vespillo*, a mortuis efferendis.

Beccu, rostrum avium, transfertur ad vasorum fistulam; hispanicè *pico de ave*.

Beccu, *hircus*, apud Hesychium βεκκὸς *beccòs* exponitur ἀνόητος *anoetos*, insipiens fatuus, & sanè hircus animal est minimè sagax.

Beddu, biddizza &c. *bellus, a, um*.

Beffa, *irrisio*, v. buffuni.

Benda, bendari, *vitta, vittâ redimire*; ex persica voce *band fascia*, quamquam, & Germanis *binden* vincire fit.

Benchì, *quamquam*, ex latino *benè*.

Benefiziu, *beneficium*, a *benefacio*.

Benemeritu, a *benemerendo*.

Beneplacitu, a *beneplacendo*.

Benfattu, *factum benè*.

Beni nomen, & adverbium, *bonum*, *benè*.

Benignamenti, *benignè*.

Benignità, *benignitas*.

Benivolenza, *benevolentia*, *æ*.

Bergamottu, limonium *bergomense*; notum omnibus, aliquos fructus nomina sortitos fuisse a locis, unde ad nos adducti fuerunt, *granati*, ex Granatæ regno, *persichi*, ex Persia.

Berbina, *verbena*, *æ*, græcè ἱερὰ βοτάνη *bierà botane* herba *sacra*, unde & nomen per contractionem.

Berillu, *beryllus*, *i*, gr. βήρυλλος *beryllos*.

Bernardu, adjectivum nomen ex *Berna* Civitate apud Helvetios, ea nimirum formâ, qua ex *Lugduno Lion*, fit *Leonardus*.

Bertula, *perula*, vox diminutiva a *pera*, græcè πήρα *pera*.

Bertuni herba, *blitum*, *i*, græcè βλίτον *bliton*.

Bestia, *bestia*, hujus vocis etyma varia sunt apud authores, quod mihi præ aliis arridet est

est a *vestibus*, quæ olim ex *bestiarum* corio, seu pelle fiebant.

Bestiami, propriè dicitur de grandioribus animalibus lat. *pecus, dis*, nam de minoribus, ceu ovibus, capris &c. ut plurimum additur vox *minuta*.

Bettonica, *betonica, æ*, eo quod sit e *blitorum* genere, licet aliis placeat esse a *Vettonibus* Lusitaniæ populis.

Biada, a gallico *bled* significante cujusvis generis segetes. Hesychio βλαδὰ *bladà* exponitur ἄωρα, ὠμὰ, idest *intempestiva cruda, immatura*, equidem *biada* nobis est seges viridis, & uti dici solet *in erba*.

Biançu, bianchizza, biancaria &c. *albus, albedo, alba lintea*; vocem *biancu* proximè deducerem ex *blandus*, albus enim color præ aliis coloribus *blandus* est, consonat carmen

Blande puer nimium ne
crede colori.

vocis verò *blandus* etymon est ex hebr. לבן *laban, albus*, ex *laban* inversis syllabis fit *blan* hinc *blandus*.

Biccheri, *cyathus* βῖκος, βικίδιον, βικίον, bicos, bikidion, bikion, *vas, vasculum*; apud Hesychium βῖκος, est σταμνος ὦτα ἔχων, idest *Bicos est vas ansulas habens*.

Bicocca, *castrum rupibus imminens*; etymon forsan erit a *bicula* cerva, quasi locus sit cervis, & capreis aptus.

Biddicu, *umbilicus*, ipsum verò a gr. ὀμφαλὸς *omphalòs*.

Biddocculu, *bellulus*.

Bidellu, *bidellus*, vox barbara; vel, quòd a *pedibus* minister sit, est enim infimus Universitatum minister, vel, ut Spelmanno placet a Saxonica voce *Bidele* præco, nis.

Bidenti, *bidens*, binos habens dentes.

Bifara, *ficus bifera*, quod bis in anno fructus ferat, de rosis usus Virg. Georg. 4.

Biferique rosaria Pæsti.

Bifulcu, *bubulcus*, consueta mutatione alterius *b*, in *f*.

Bigamia, bigamu, *bigamia, bigamus*, hybrida vox pro *digamia, digamus* a gr. διγαμία, δίγαμος, *digamia, digamos*.

Bilanza, *bilanx*, a binis lancibus.

Bili, biliusu, *bilis, biliosus*, a lat. *fel*, mutato *f*, in *b*, & productione vocis ad nominis formationem.

Bilicu, dicimus de momento, seu trutina, cum in alterutram partem non propendet, quod si acinum addideris soluto æquilibrio, decidit. Crederem vocis etymon esse a voce *biddicu*, nam *umbilicus* est corporis centrum, supra quod corpus cruribus, & brachiis expansis optimè sustinetur,

nec

nec cadere poteſt.

Biltri vocem nil ſignificantem apud Philoſophos, Artemidorus lib. 4. cap. 3. ſcribit, *βέϛτυϛι brityri*.

Bimembri, bimeſtri, *bimembris*, *bimeſtris*, voces notæ originis.

Binldica, dicimus de re pulcra, cui ad faſcinum avertendum, benedictionem a Deo apprecamur, dicentes, *Diu la benedica*, & ſæpius, tacito Dei nomine, dicimus *binidica*, Deus benedicat.

Binidiciri, *benedicere*.

Birba, birbanti, v. *farfanti*.

Birra, *ſicera, æ*, potio ex tritico aliave fruge confecta, ex voce belgica *bier*, vel gallica *boir*, ideſt bibere.

Birriola, parvum capitis tegumentum, a barbara voce *birrus*, de qua vide Dufreſnium.

Birritta, *biretum*, & *birretum*, voces latino-barbaræ ad capitis tegumentum denotandum, etiam eſt a voce *birrus*. Græci ſequiores pro eodem dicunt ἐπιϱ'ϱ'ιπΊάϱιον *epirrhiptarion*, quod proximè accedit ad *birritta*.

Biſala, bisòlu, imbiſalari &c. *later, lateritius* paries, *lateribus* ſternere, vox Græcis nota. Tzetzes Chil. 9. hiſt. 275. Ὀπλὼ δὲ πλίνθον γίνωσκε, τὴν βήσαλον καλοῦμεν. Τὸ Βαβυλῶνος κτίσμα γὰρ ὑπῆρχεν ἐκ βησάλου. Coctum autem laterem ſcito, quem *beſalon* vocamus, Babylonis exſtructio enim fuit ex *beſalo*. hebr. בשל *beſal* coxit, eſt enim argilla cocta.

Biſazza, *biſaccus*, nam eſt binus ſaccus.

Bisbeticu, nobis eſt ille, qui continuo eſt in motu, & nunquam quieſcit, ita dicitur, a ſimilitudine avis motacillæ, quæ ſemper mobilis eſt, & caudam indeſinenter quatit, unde & illi nomen, hanc Itali a caudæ motu vocant *ſquaſſacoda*, vel *codatremola*, nos verò Siculi ab ejus vocula *pis*, *pis*, quam ſemper ingeminat, vocamus *Piſpis*, & *Piſpicia*, hinc nomen *bisbeticu* pro *piſpeticu*.

Bisbigghiu, motus, ſeu ſtridor qualis eſt avis motacillæ, quæ ſemper *pis pis* inſonat.

Biſcari, *Biſcaris* terra Siciliæ; vox hæc *Biſcaris* apud Heſychium redditur εἶδος βοτάνης *herbæ ſpecies*, quænam verò illa ſit, incompertum.

Biſcia, quodlibet reptile, quaſi *piſcis*, cum pedibus, ac brachiis careat, non ſecus, ac *piſcis*.

Biſcottu, panis *biſcoctus*, qui & nauticus, nota vocis origo.

Biſeſtu, *Biſextus*, vel *biſſextus* dictus dies 25. Februarii quarto quoto anno, eo quod eo die Romano more bis dicatur ſexto Kal. Martii.

Biſinteriu, morbus, quo inteſti-

na torminibus laborant, græcè δυσεντερία, latinè *dysenteria*.

Bislaccu, idem est ac *bisbeticu*; & erit ab eadem origine literis mutatis; v. *bisbeticu*,

Bisognu, ignotum etymon.

Bissu, tela di bissu, *byssus*, ab heb. בוץ *bus* byssus.

Bistentu, v. stentu.

Bitumi, *bitumen*, a gr. πίττωμα *pittoma*, quasi *picatio*, nempe a *pice*, quæ πίττα *pitta* dicitur.

Biveri, *vivarium*, lacus piscosissimus prope Leontinum, & vocatur *lu biviri di Lintini*.

Biviraggiu, *munusculum*, quod datur illi, qui rem deperditam nobis monstraverit, a *bibendo*, lat. *indicina*, *æ*, ab *indicando*.

Biviri, *bibere*, quod a græco πίω *pio bibo*, græcum verò est ab hebr. פה *pi Os. ris*; cumque triplex sit oris usus, loqui, nimirum, edere, bibere; tria inde enata apud Græcos verba φάω *phao loquor*, φάγω *phugo edo*, πίω *pio bibo*, quæ incipiunt a litera π, vel φ, quæ consonant cum hebraico פ.

Biviruni, *larga potio*.

Bivituri, *bibax*, *cis*, & *bibo*, *nis*.

Biviu, *bivium*, a binis viis coeuntibus.

Bizarru, bizarria nobis est fastosus, & pavonis instar de pulcritudine, aliisque dotibus superbiens, aliosque contemnens, est ab hebr. בזה *Bazàh* sprevit, contempsit, *r*, verò in voce *bizarru* spiritus est ad supplendam literam gutturalem ה.

Bizocca, fœmina Deo devota a græca voce πτωχός *ptochòs* pauper. Ital. *pitocco*, hinc *pitocca*, & *bizocca*.

Blandura, est a *blanditiis*, comitas.

Blatti, dicimus *sangu blatti* de purpureis efflorescentiis in corpore, nomen est a voce *blatta*, qua venit vermiculus, aliter *chermes*, a quo vox *carmisinu*, hinc purpura dicta est etiam *blatta*.

Blesu, *blæsus*, *i*, a græco βλαισὸς *blæsòs*, licet apud Græcos hac voce notetur, qui cruribus est distortis, Latinis verò blæsus est, qui quasdam literas oris, linguæque vitio pronunciare nescit, atque sonum distorquet.

Bloccu, est a voce belgica *bloc*, tumulus altior, Dufresn. in voce *Imblocatus*.

Boccia *pila lusoria*, ex voce *botta*, eo prorsus modo, quo ex *aquæductus*, fit *aquidoccio*, ita ex *botta*, fit *boccia*; *boccinu* vox dimin.

Boffa, vel imboffa, *alapa*, *æ*, a gallica voce *buffet*.

Boi, *bos*, gr. βȢς *bus*, doricè verò βῶς *bos*.

Boja, *carnifex*, ex voce gr. βόεια bo-

boja bubulus ; taurinus ; eo quod carnifex taurinis corrigiis, quæ latinè *bojæ* dictæ, reos ligaret.

Bojaru, *bubulcus*.

Boira, *boreas*, quod a gr. *βοῤῥέας boreas*.

Bombicu, *vomitus*, hinc bombicari *vomere*, bombacaru, qui nos *ad vomitum* provocat sua jactantia.

Bonavogghia, qui sponte sua triremi se mancipat, *remex voluntarius*.

Bonazza, *malacia*, a maris *bonitate*.

Bonu, *bonus*, hinc sunt plures dicendi modi; *bon dì*, e *bon annu*, *bon prudu ti fazza*, bona dies, bonus annus tibi eveniat, benè tibi profit.

Bon persu. Grandiora navigia præter tres malos dictos, *Maistru*, *Minzana*, e *Trinchettu*, habent & quartum supra proram inclinatum, & quasi jacentem, Gallis dictum, *bois presse*, idest trabs, seu malus inclinatus, hinc *bon persu*.

Bordeddu, *lupanar*, *bordellum* voce barbara, ex alia pariter barbara voce *borda*, *æ*, idest domus, tugurium: *bordellum* est domuncula, quò se prostitutæ mulieres recipiunt.

Bordellinu, *citharicula*, aliter *mindola*, anne erit a voce *bordeddu* significante *parvum gurgustium*?

Bordu, de navis latere, hinc *veniri a bordu* navem conscendere, de vestis limbo, *bordu di cappeddu* pilei ora, *vultari lu bordu*, iter inflectere, *bordiari* flexuosa navigatione uti; de etymo non liquet.

Boscu, *nemus*, a gr. *βόσκω bosco pasco*, est enim locus, in quo animalia *pascuntur*.

Botanicu, *botanicus*, ad herbas pertinens, gr. *βοτάνη botane herba*, latinè *herbarius*.

Botta, *ictus* alicujus rei cum strepitu, voce per onomatopœam efficta, res enim cum ex alto decidit, ita sonat, ut videatur audiri *bot*; hinc dicimus *fici una botta*, en vox *botta* e sonitu; Sclopeti etiam explosio dicitur *botta*; pari onomatopœa cum valvæ pulsantur, dicimus *tuppuliari* a sonitu *tup*, *tup*.

Botti, tonsillarum inflammatio; cum ex stagnante humore turgescunt, vox erit, vel ex italica voce *botte*, *dolium*, sunt enim tonsillæ dolii instar turgidæ, vel ex alia voce italica *botta* rubeta, seu bufo, qui summè turgidus est.

Bottinu, *præda*, *manubiæ*, de vocis etymo crederem, esse a voce *Botta* significante rubetam, seu bufonem turgidum, & ferè distentum, & propriè *bottinu* notat spolia conglobata, & spissata, quo faciliùs adsportentur; italicè *fardello*, siculè *truscia*.

Bozza, & bozzu, avium ingluvies, ita etiam vocamus strumam, & qui strumis laborat, nobis est *buzzusu*, pariter phiala vitrea, qua vinum refrigeramus, etiam dicitur *bozza*; etymon est a voce *botta* bufo, nimirum ob turgescentiam.

Braca, *braca*, *bracha*, & *bracca*, a greco βραχὺς *brachys* brevis; nam vestis est pallio, ac tunica brevior, *braca* nobis dicitur nedum vestis, verumetiam ligamen inguinale, quò herniosi utuntur, ne intestina in scrotum decidant, hinc *imbracari*, & contrarium *sbracari*.

Braccu, cani braccu, *Vertagus*, a greco βραχὺς *brachys* brevis, siquidem canis est brevis, respectu ad corporis latitudinem; pari causa arbores expansis foliis ramosas, non tamen proceras vocamus *Bracchi* lat. *patulæ*.

Brachilemi, is est, qui *bracas* sus deque ligatas habet, a latino *braca lenis*.

Brama, bramari, abbramari; *famis*, a qua voce solita mutatione literæ *f*, in congenerem *b*, ut *nebula* a νεφέλη *nefele*, *balæna* a φάλαινα *phalæna* additoque *r*, fit *brama*.

Branca, *branchia*, hinc branchiari, brancicari; licet Italis, Siculisque vox branca non significet idipsum, quod latina vox *branchia*, ipsis enim branca est manus rapacium animalium ungues aduncos habentium, & latinè esset *manus adunca*.

Branduni, candela grossior, ex germanica voce *Brand*, & *branda* incendium, titio, Dufresn. in Brand.

Brascia, *prunæ*, gallicè *braiser* incendere, italicè *bracia*, a gr. βράζω *brazo*, vel βράσσω *brasso*, *ferveo*, *bullio*; hinc *brasceri* vas, in quo prunæ reponuntur.

Bravu, bravura, bravazzu, Ostentator, jactantia, Plauto *miles gloriosus*, de origine non liquet.

Brazzu, *brachium* gr. βραχίων *brachion* pro eodem.

Brazzu di S. Raneri, extima curvatura portus Messanensis, incolatu S. Rainerii Confessoris, qui accensa face intempestis noctibus nautis prope Charybdim periclitantibus opem ferebat, valde celebris; In Sancti hujus memoriam ibi constructa Ecclesia, quæ de Protopapatus membris erat, ut ex actis Nicolai Camarda 13. Apr. 9. Ind. 1491. S. Rainerii icon dein fuit locata in Ecclesia SS. Deiparæ Gratiarum ædificata a Joanne Mantiglia ex permissu Archiepiscopi Messanensis literis Messanæ datis 18. Decembr. 1577. quibus centum dies de Indulgentia conceduntur, ut in libro

bro Ecclesiast. ann. 1577. & 1578. Ipsa porrò Ecclesia Deiparæ Gratiarum fuit visitata a Generali Vicario Messanensis Archiepiscopi die 26. Januarii 1619.

Breccia, mœnium *ruptura*, est ab hebr. פרק *parac* rumit.

Brevi, *brevis*, gr. *βραχὺς brachys*. Pontificis Max. quædam rescripta vocantur *brevia* ad differentiam Constitutionum, quæ in forma ampliori dictantur.

Breviariu, *breviarium*, a *brevitate*, hoc nomine venit Sacerdotum liber, quo in Divini Officii recitatu utuntur.

Brica, rus circa Messanam, ita fortassis dictum, quod in rupibus, quæ *Briche* dicuntur, situm sit; in Hesychio vox *βρία bria* denotat τὴν ἐπ' ἀγροῖς κώμην. *Rus, agris imminens*; apud eundem est etiam *βρύα brya*. & exponitur ἃ γίνεται μὲν ἐπὶ πετρῶν; scilicet *ea, quæ fiunt supra petras*; ex Hesychii locis benè deduci potest vox *Brica*.

Briccuni, *nebulo*, Hesych. *βρικοὶ πονηροί*, idest *Briki* homines nequam, hinc enatæ voces, Briccunaria, Briccuniari, impudenter agere.

Briga, *tricæ, arum*, a gr. *τρίχες triches tricæ*, villi, qui pullorum pedes implicant, hinc *intricari, stricari*.

Brigantinu, *myoparo*. Græci sequiores triremem vocant κάτεργον *catergon*, hinc vox diminuta *ergantinu*, pro qua dicimus *brigantinu*.

Brigghia, *habenæ*, gallicè *bride*, unde vox *brigghia*.

Brigghia, sunt thyrsi quidam fabis, aliisque leguminibus innascentes, qui ea strangulant, latinè, voce tamen græca *orobanche* ὀροβάγχη, idest strangulans legumina; ex *orobanche* mutatis literis fit *brigghia*.

Brigghia, rotunda ligna instar pistillorum, quibus ludunt pueri, ita vocantur a similitudine illius cauliculi, qui in segetibus nascitur, ut in præcedenti voce dictum.

Brindisi, fari brindisi, alicui propinare, ex gallico *Brinde* eadem notione.

Brinzi, Messanæ dicitur testaceus canalis, qui alibi vocatur *imbrici* lat. *imbrex*.

Brisca, *favus mellis*, vox idem valet, ac *uber esca*, idest *mamma edulis*; & sane favus mamillam æmulatur, nam pro lacte mel sufficit; ex *uber esca* facta fuit vox *beresca*, hinc *brisca*; in veteri testamento mel ferè semper cum lacte conjungitur, *terra fluens lacte, & melle*, & nos etiam communi adagio dicimus, *latti, e meli, tira chi veni*.

Briu, briusu, *hilaris*; ex latino *Ebrius*, qui enim mero ca-

 lent

lent, sunt solito hilariores.

Brocca, quid sit, liquet ex derivato *imbroccari*; id nobis est rem aliquam extendere adjectis virgulis, ne concidat, & plicetur, ut in recentibus animalium pellibus, hędinis, agninis, quas appositis ligneis bacillis siccamus, tunc enim dicimus, *imbrocca sta peddi*; pellem hanc ligniculis *brosca* extende.

Broccia, *furcinula*, qua in mensa utimur, italicè *forchetta*, nomen habet ex radiis, quibus constat, qui alio nomine *dentes*, vocantur, & nobis etiam dicuntur *broschi*.

Brocculu, *flocculus*, solita mutatione *f*, in *b*; & *l*, in *r*.

Brodu, *jus*, *ris*, a verbo *prodesse*, ex quo nascitur vox *prudu*, hinc levi mutatione fit *brodu*, nam liquor est, qui summè prodest.

Brogna, cochlea marina, quam pueri sonitum edunt obstreperum; lat. *buccina*, gr. βϱυχάνα *bruchána*, quæ vox ab Hesych. exponitur σάλπιγξ καμπύλη *tuba intorta*, quamvis, & apud Aristotelem sit βρύννος *brunnos* εἶδος ἐχίνων θαλασσίων, idest *brunnos species Echinorum marinorum*, apud Hesych. in v. Ἄμβρυττοι his verbis. Ἄμβϱυττοι εἶδος ἐχίνων θαλασσίων, Ἀριστοτέλης αὐτοὺς δὲ βϱύννους καλεῖ. *Ambrutti species Echinorum marinorum*, *Aristoteles autem ipsos vocat Brunnus*, a voce *brunnus* fit brogna.

Bronti, *Brontes*, Siciliæ oppidum, a *Bronte* Vulcani ministro.

Broscu, idem ac *brocca*. vide brocca.

Bronzu.

Bruca, *tamarix*, infelix lignum, e quo proditorem Judam dicunt se suspendisse.

Bruca, *vas aquarium*. Abela f. 66. „ *Bruca vaso, che contiene acqua, si dice anco bruket elma, o conserva d'acqua dalla somiglianza del luogo.*

Bruca, castrum maritimum Catanam inter, & caput S. Crucis, ita fortasse dictum vel a cisterna, vel a tamarice, quæ ibi forsan erant.

Brucatu, *sericum textile duobus liciis contextum*, quorum uno fit stamen, altero verò ope æneæ virgulæ fit rotundus, & eminens supra telam canaliculus, qui *brucatu* dicitur, hic verò si per medium secetur, fiet textile villosum, *villutu*. Brucatu verò dicitur ex ænea virgula, quæ sericum tenuit extensum. v. *brocca*.

Bruddu, dicimus, *si misi in bruddu*, a *bulliendo*, gallicè *brousler* est bruciare.

Brundu, *flavus*, a latino *blandus*.

Brunu, brunettu, imbruniri &c. a voce gallica *bleu*.

Bru-

Brusca, *pannus grossior*, quo equi a strigilatu poliuntur, ex latina voce *ruscus*, qua venit herba nobis dicta *Spina pulici*, pannus enim ille sua asperitudine pungit ut *ruscus*; hinc *cera brusca* vultus acerbus, *vinu bruscu*, quod palatum vellicet.

Bruscari, & brusciari, *ardere*, ex gall. *brousler* pro eodem.

Brusciareddi, primi spicarum manipuli, qui flammis torrentur, ut frumenti grana possint excuti, ex verbo *brusciari* vox *brusciareddi*.

Brutu, *brutus, a, um*: ex origine Chaldaica בירות *Biruth stupiditas, stultitia*, quæ brutis convenit.

Bruttu, quasi *brutum*, lat. *deformis*, bruttizza *deformitas*.

Bua, & bubua, quælibet infantium plaga; Matres blandientes dicunt, *lu figghiolu ha la bua*. Gallis *boue* est ulceris sanies, vox *bua* erit a latino *pus* quod a græco πύθω *putho*, a quo latinum *putreo*.

Bubuni, tumor in inguine, vel sub alis, græcè βουβὼν *bubòn tumor*.

Bucali, & buccali; est a voce bucca, græcè βαυκάλιον *baucalion*. Achmet in Onirocrit. cap. 198. „ εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ βαυκαλίας τῆς κλεοπάτρας πίνει οἶνον; idest, *Si visus fuerit cum baucalia, seu patera Cleopatræ vinum bibere*, non uti malè interpres transtulit cum *fascino Cleopatræ*, legit siquidem pro βαυκαλίας *baucalias*, βασκανίας *bascanias*. latinè *batiochus*, & *batiolus*.

Bucata.

Bucca, *bucca, æ*, ex hebr. בוק *buc* vacuum; organum enim est vacuitate sonorum.

Bucceri, *lanius*, ex gallico *boucher* pro eodem; hinc *Bucceria, laniena, macellum*.

Bucchiari, anhelitum trahere *buccâ* nimirum aperta, ut moribundi solent.

Bucciardu, equus, mulusve coloris nigri usque ad buccam, inde forsan dictus *bucciardu* quasi *bucca arduta*.

Bucciddata, *panis buccellatus*, in multa segmenta incisus, quorum quodlibet *buccam* implere potest, a lat. *bucca*, *buccella*.

Buccula, *buccula, æ*, vox latina optimæ notæ formæ diminutæ, majore diminutione fit vox *buccella*.

Buccuni, *buccea, æ*.

Buccuni, est etiam genus quoddam ostreorum, lat. *buccina*.

A Buccuni, dicimus *cadiri a buccuni* prono corpore cadere: dicimus etiam *muriri cu la facci a buccuni*, facie ad terram conversa mori, quod est ultimæ, ac summæ infelicitatis signum, nam morituri cœlum adspiciunt.

Bu-

Bucu, foramen, ab hebr. בוק *buc*, *vacuum*.

Buda, herba, cujus foliis fiunt ſtoreæ dictæ *budani*, græcè τύφη *typhe* lat. *typha*.

Budana, inferior ſtromatis facies, quæ lecti tabulas tangit, dicitur *budana*, quòd olim immediatè ſupra tabulas ſternebatur ſtorea e typhæ foliis, quæ nobis eſt *buda*, hinc *budana*. De viro verſipelli dicimus *non ba nè facci, nè budana*, ideſt, *non ba nè drittu, nè riverſu*.

Budanedda, aſſerculus, qui ſolarii tabulis ſubſternitur, ne ex ipſarum commiſſuris pulvis, vel terra decidat, inde dictus, quod tabulis inſerviat, ipſumque uſum præſtet, quem typhæ *buda* folia præſtant cuparum tabulis, nam eæ typhis muniuntur, ne vinum effluat; a *buda* budanedda.

Budeddu, *botellus*, a *botulus*.

Bufalu, *bubalus*, *i*.

Buffa, *bufo*, *nis*, alio nomine *rubeta*, communiter vocatur *buffa ſiccagna* nam paluſtris vocatur *ranocchia*, a ſimilitudine *bufonis*, qui turgidus eſt ſunt ſequentes voces *buffu*, *abbuffari*, *buffuletti* &c.

Buffetta, *menſa*, in qua pocula reponuntur, gallicè *boufet*.

Buffuni, *ſcurra*, *æ*, gallicè *bouffon*, hinc *buffunaria*, *buffuniari*, *beffi*, *beffari* latinè irriſio, irridere.

Bugghia, turma, turba, ab *ebulliendo*, quòd homines ibi velut *ebulliant*.

Buggia, buggiacca, *bulga*, *æ*.

Bugſa, triſyll. mendacium, *bugiardu* mendax; etymon mihi non elucet.

Buina, *bovum fimus* gr. βόλβιτον *bòlbiton*.

Buiſu, bulianu, his vocibus utimur, cum de mancipiis, præſertim nigris dicimus, *ci acchianau lu buliu*, *avi la buliana*; erunt a latina voce *bilis*, *bilioſus*.

Bulla, *bulla*, *æ*, veſica, quæ *bulliendo* excitatur.

Bullari, bullatura, bulletta, *bullâ munire*, *bullæ* nota, *bulla parva*: a rotunditate, quam ſimilem cum bulla habent.

Bullicami, dicimus de vermibus e morticinis erumpentibus, quòd ibi quaſi *ebulliant*.

Bullu, bulluri, a *bulliendo*.

Bulogna, noſtri villici ſclopi ignivomi rotam pelle taxi involvunt, ne aquæ guttis rubiginem contrahat, hanc pellem vocant *bulogna*, ſed veriùs deberent dicere *melogna*, nam taxus vocatur etiam *meles*, hinc pelles *melinæ*, quas Calabri rectè vocant *melogni*.

Bumba, vox per onomatopœam efficta ex geminata ſyllaba *bum*, græcè etiam vox βόμβος *bombos*, unde & latina *bombus* ſunt a ſonitu; hac voce ſignamus ollam incendiariam, quæ ſuo

ſuo tonitru, & fragore edit ſonum *bom, bom.*

Bumba, etiam nobis eſt vocula puerorum bibere poſcentium; erit a græco βȣμβȣ̀ς *bumbus*, quo venit poculum quoddam; uti apud Pollucem lib.6. c.16. de poculorum nominibus his verbis βȣμβȣ̃ν ἐν τῇ πόσει. ideſt *Bumbum vas eſt ad bibendum*.

Bumbalu, vas fictile anguſti colli, nomen habens vel a ſuperiori voce *Bumba*, ſicuti vidimus ex Polluce, vel a ſonitu, quem liquor edit, dum inde difficulter exit, Heſych. βομβυλιὸς ποτηρίου γένος κατὰ μικρὸν ποτον σταξάντος, ὅθεν διὰ τὸν ἦχον, οὕτω κεκλῆσθαι; ideſt *Bombulios vas genus parcè liquorem ſtillans, unde ex ſonitu ita dictum fuit* lat. urceus *bumbaleddu* urceolus.

Bumbarda, *bombarda*, a ſonitu, & ardore, ideſt *Olla ardens*.

Burbaru, confusè loquens, ſeu potiùs murmurans, eo ſcilicet modo, quo inteſtina murmurant, ex græco βορβορύζω *borboryzo* ſtrepitum edo: hinc *imburbariri.*

Burdunaru, *agaſo,nis*, ita dictus, quòd *burdonem* mulum ſcilicet agat.

Burduni, *burdo, nis*, mulus ex equo, & aſina procreatus, ex hebr. פרד *Paràd*, & terminatione fœm. פרדה *Pirdah mula*, hinc mutato *p* in ſimilarem *b*, fit *burdo*.

Burduni, baculus peregrinorum, quòd muli, ſeu *burdonis* loco ipſis ſit; ſolemus & nos baculum, quo fulcimur vocare, *muletta*.

Burduni, trabes majores, quæ domus tectum ſuſtinent, & latinè *cantherii* vocantur, voce nimirum ad aſinum, & equum alludente, ita dictæ, quòd tectum ſuſtineant, Meſſanæ vocantur *Baſtaſi*, a græco βαστάζω *baſtazo* porto; quia onus tecti portant.

Burcheri, *ſcutum, i*, ex gall. *bovclier* idem denotante.

Buridda, buriddaſu, buriddiari &c. hiſce vocibus ſignificamus lintea menſalia malè olentia, quæ, ſi ſapone tantùm abſque lixivio laventur, dicimus *fetinu di buridda*, vox petenda ab hebr. בּרית *Borith ſapo*, ex *borith* eſt *buridda*, hinc *fetirì di buridda* eſt ſaponem olere.

Buridda, ſimiliter vocamus puerum, eo quod muco puteat.

Burgiſi, v. burgu.

Burgiu, apud Delbonum eſt *maſſa di fieno, o di paglia fatta a guiſa di cupola*, eſt a græco πύργος *purgos* turris.

Burgu, majorum urbium additamentum, latinè *ſuburbium*, hinc *burgiſi* ſuburbanus civis. Germaniæ Urbes vocantur *Burg*, hinc *Peterburg, Philiſburg*

burg, ideſt Petri urbs,Philippi urbs &c.ipſa porrò vox *burg* eſt a græco πύργος *pargos*, nam ab initio hæ Urbes fuerunt turres,ſeu parva caſtella.

Burinu, *viriculum*, quo metalla celamus; a lat. *veru ſpiedo* ſit *vericulum* parvum veru, eo quod acutum ſit *veru* inſtar; a *veru* ſit *burinu*.

Burlottu, navis incendiaria, a gall. *brousler*, & *brouler* incendere.

Burnía, vaſis genus, ab *albo* colore, quaſi *alburnia*.

Burra, *jocus*; eſt etiam latinè *Burra*, qua voce uſus Auſonius ad Latin.Pacat. *Burras, quiſquilias, ineptiaſque*.

Burraina, *bugloſſum*, greço βούγλωσσον *bugloſſon*, ideſt *lingua bovis*, a foliorum aſperitate; alias *borago* pro *corago* Matthiolus „ *apud Apulejum in eo libello, qui de herbarum medicaminibus inſcribitur, invenio bugloſſum Lucanis coraginem nuncupari, prioris tantùm literæ mutatione, quòd cordis affectibus maximè opituletur*.

Burraſca, *nimbus*, gr. βοῤῥᾶς *borrhàs*, quę vox H ſychio eſt ἄνεμος ψυχρὸς παγώδης κὴ σκληρὸς, ideſt *ventus frigidus, glacialis, & ſiccus*.

Burreddu, nobis eſt foramē quadratum a fabris ex induſtria per intervalla relictum in pariete, in quo fixis tignis, quæ etiam *burreddi* vocamus, pontes parantur, eſt a gr. πόρος *poros*, lat. *porus*, hinc *burreddu* quaſi *poreddu porulus*, grçca verò vox πόρος *poros* erit ab heb. בּוֹר *bor fovea*, eſt enim *foveæ* loco *foramen*; vox verò ipſa *foramen* eſt ab eadem origine, ut patet.

Burza, *crumena*, a gr. βύρσα *burſa* corium, eo quod crumenæ ex corio, pelleve fuerint, uti etiamnum ruſtici noſtri utuntur; hinc *burzottu*.

Buſa, buſata, ſtercus bovis, alio nomine *buina* Schobar. *Buſata di lu boi*, etymon mihi non elucet.

Buſca, menſura quædam lignea, qua fabri utuntur ad lapidum, lignorum &c. proportionem ſignandam, ex gall. *bois* lignum, vel ex alia noſtra voce *broſcu*.

Buſcari, a gallico *buſquer*, hiſp. *buſcar*.

Buſcica, *veſica*, a græco φυσάω *phuſao*, inflo, eſt enim cuticula inflata.

Buſciu, *buxus*, græcè πύξος *puxos*.

Buſciula, *pyxidula*, quod antiquitùs e *buxo* fuerit.

Buſi, Panormi dicuntur faſces graminis ampelodeſmi, quibus accenſis noctu utuntur; etymon non elucet.

Buſtu, pars corporis infra collum, quæ coxendicibus ſuſtinetur, lat. *truncus*.

Bu-

Buſtu, *thorax*; veſtis fœminea; & diminutè *buſtinu*, quo pectus conſtringitur.

Buſunagghia, thynnorum reliquiæ, ex gall. *poiſſon* piſcis, unde *poiſonalle*, hinc *buſunagghia*.

Buſunettu, parvus cacabus æreus, a gallica voce *poſsòn*, quæ apud Duez exponitur *certa miſura di latte, o di altro*, hinc liquet *poſſon* eſſe vas, *poſſonet* vaſculum, pro quo nos dicimus *buſunettu*.

Butaracu, gr. ὠὸν τάριχον οὸν *tàrichon*, ideſt *ovum ſalſum, & ſiccum*.

Butſru, *butyrum*, gr. βὸτυρον *Bùtyron*; pro eodem.

Butrica, *venter*, hiſp. *barriga*.

Buttaru, *cuparum artifex*.

Butti, *cupa*, *dolium*, hac voce utuntur omnes ferè nationes, græcè etiam βὸττις *buttis*, & βὸττίον *buttion*, *doliolum cupella*.

Buttuni, flos adhuc ſuo calyculo involutus.

Buttuni, globulus veſtiarius.

Buturu, *Vultur*.

Buzarari, obſcæna vox, lat. *pædicari*; ab Italica voce *buco*, quæ quandoque effertur *buſo*, unde verbum *bucare*, & *buſare* pro eodem, a verbo *buſare*, ideſt *perforare* ad ſignificationem augendam fit *buſarare*, & *sbuſarare*, ut ex voce *fundu* dicimus *sfundari*, & *sfundurari*.

Buzaruni, *pædico*, *onis*.

Buzzetta, Meſſanæ ſuburbium latinè flumaria *Logotheta*, & corruptè *Buzzetta*.

C

CA, in Sicilia, Meſſanâ, quod ſciam, exceptâ, uſurpatur hæc vocula *ca*, pro qua nos dicimus, *chi*: eſt a lat. *quia*: non gridari ca ſenti, *ne clama*, *quia audit*; non ſcriviri ca perdi la carta, *non ſcribas, quia chartam perdis*, hebr. כִּי *chi*.

Cabala, *cabala*; interpretatio arcana S. Scripturæ Hebræis a patribus in filios ore, non ſcripto derivata, quod ipſis eſt קַבָּלָה *cabalah*, hinc *cabala*.

Cabanu, *lacerna* v. capanna.

Cabubu, veſtis pluvio tempori accommoda, a lat. *capio*, quia totum hominem *capit*.

Cacanidu, pullorum ultimus, qui aliis avolantibus, in nido remanet, quaſi ad eum *cacandum*.

Cacari, *cacare*, a gr. κακκάω *caccao* pro eodem, hinc *cacaredda*, *cacatu* &c. Catull. *annales Voluſi cacata charta*.

Cacca, vox puerorum, græcè

κάκ-

κάκκη *cakke* ſtercus.

Caccanu, *cacbinnus*, gr. καγχασμὸς *canchasmòs*, per onomatopœam, ut patet ex geminato *ca ca*.

Caccia, venatio, feris in *caſſes* irretitis; hinc *cacciari* in *caſſes* irretire.

Caccialana, uncus ad extrahendam e ſclopo lanam.

Cacciari, trium ſyll. *expellere*.

Cacciaventu, *milvus*, quia ejus volatus magnum ventum cauſat.

Caccioſſula, *cinara*, hiſp. *alcachoſa*.

Cadda, Abela fol. 258. dicit in Sicilia remanſiſſe plures voces Arabicas, quas inter eſt *cadda*, hanc dicit notare pulvinar *guanciale*, hanc ego vocem nunquam nuſquam audivi.

Caddozzu, eſt cæpe ſpicatæ fiſtula,eo quod *calloſa* ſit,tranſlatè dicitur, de homine longo, & inſulſo; dicimus etiam *caddozzu di ſoſizza*, *botulus*, *i*.

Caddu, *callus*, & *callum* a *calcando*, vel a pedis *calce*,quòd *calloſa* ſit, vel a gr. κάλον *calon lignum*, quòd ligni duritiem habeat.

Cadiri,caduta &c. *cadere*,*caſus*, a gr. κάτω *cato deorſum*, qui enim *cadit* deorſum abit.

Cafè, vox eſt Indica.

Cafiſu, & caviſu; nobis eſt liquidorum menſura, olim fuit etiam aridorum. Conſtit. Cataloniæ m. ss. *vendatur* caficium *frumenti*. Chron. Petri IV. Regis Arag. lib. 3. *nos donaren mil* caſiſos *de forment*; eſt ab hebr. קב *cab* lat. *cabus*, & mutato *b*, in *f*, factum *caſis*.

Caforchiu v. cavorchiu.

Cafuddari v. fudda.

Cagghiari, hiſp. *callar tacere*, hinc *caggbiatu*, qui præ metu tacet.

Cagnoli, Meſſanenſibus ſunt fulcra, quæ podiis *balcuni* ſubmittuntur, ita dicta, quòd *canis*, vel alius animalis faciem habeant, ea Panormitanis audio dici *gattuni*, quòd *cati* faciem habeant, & ſanè Meſſanenſibus, & Panormitanis benè convenit, ut canibus, & catis.

Caiccu, *ſcapha*: Duſreſn. in voce cay; *Cay hodie appellamus aream in littore onerãdarum; atq; exonerandarum navium cauſa e compactis tabulis trabibuſque firmatam, ac deſuper tectam*; forſan primò ita dictæ fuerunt hæ *tabernæ*, dein extenſum nomen ad ſcapham ipſam, qua merces vehebantur; doctiores dijudicent.

Cajordu, pro *calordu*, dicimus *lordu* e *cajordu*, hæc vox videtur addere plus, quàm ſignificet *lordu*,a qua venit, deberet ſanè dici *catalordu*, ut ſolemus in vocibus augmentativis *tambaru* e *catambaru*,

pez-

pezzu e *catapezzu*; cajordu latinè reddas luridissimus v. lordu.

Cajola, capitis tegumentum, in recenti Diction. Sic. vox hæc explicatur *prima bava del verme di seta*; apud nos, ubi serici opificium est familiare, prima bombycis fila vocantur *sfuggbia*; vox *cajola* est a gr. κάλυντρον *calyntron* lat. *caliendrum* capitis operimentum, vox ab initio fuit κάλυον *calyon* a qua per literæ transpositionem, fit *cajola*.

Cairi, *bastimentu cu li vili cairi*. Apud nautas duûm generum sunt vela, unum formæ quadratæ, gallicè *quarrè*, italicè verò ex gallico sermone *vela quara*, pro *vela quadra*, hinc *vila caira*, aliud verò est formæ oblongæ, & dicitur vila latina, v. latina.

Cala, v. calari.

Calafatu, *navium faber*, ex heb. כלף *calaph malleus*, & numero plur. כלפות *calapbot*, præcipuus enim in hac arte mallei est usus, hinc *calafatari*, navis rimas tomentare, quod malleo fit.

Calamandra, tela penicillo elaborata, Tavernerius in suo itiner. p. 2. l. 3. c. 1. calmendar. *Le cite, o siano tele dipinte chiamate* calmendar, *cioè a dire* lavorate col pennello.

Calamaru, a *calamis* scriptoriis servandis; κάλαμος *calamus* *calamus*, olim calamis scribebatur, dein successerunt avium pennæ, unde *pennaloru*; *calamaru* piscis *loligo*, ita dictus, quòd *calamum* cartilagineum, & atramentum habeat.

Calambari, & incalambari; Piscatores quoties hamus in fundo hæret, & extrahi nequit, dicunt *incalambò*, est a gr. κολυμβᾶν *colymbân*, quod est aquas subire, urinari, hac ergo voce nil aliud venit, nisi hamus sub aqua remansit.

Calaminduni, Dutturi di calaminduni; pro *Salmantica* irrisoriè dicimus *calaminduni*.

Calamita, *magnes* ab hebr. עלם *chalam occultare* nam occulta vi ferrum attrahit.

Calamità, *calamitas* a *calamis*, quibus nulla vis, transfertur ad infortunium.

Calamona, in variis Siciliæ locis aliqui limites dicuntur *calamona*, idest *arundinetum* a gr. καλαμών *calamon* *arundinetum*.

Calamu, sericum carminatum; a voce *calamus*, nam sericum pectinis carminatione fit debile, ac gracile ut calamus.

Calandra.

Calari, *descendere*, a gr. χαλάω *chalao laxo*, translatè descendo, hinc *cala* sinus maris, ubi naves descendere possint.

Calasciuni, musicum instrumen-

 tum

tum tres chordas habens, heb. קלשון *Killescion* tres habens dentes, a rad. קלש *Calasch* Kimchius.

Calatabianu, plura loca in Sicilia nomen habent compositum ex voce *calata*, ut *Calatafimi*, *Calatagiruni* &c. arabicè *Kalaa* denotat locum natura munitum, Abela in Melit. illustr. fol. 66. *Kalaa tal bahria*, *fortezza*, *o sito forte naturalmente*, *dove sia stato qualche luogo abitato*, *e ciò significa* Kalaa . . . . . *indi alcune Città*, *e Terre in Sicilia poste in simili luoghi rilevati diconsi con l' istesso nome*, *Kalaa ta Ginun*, *quella*, *che si chiama Calatagirone*, *Kalaa ta Xibetta*, *Kalaa ta Fimi*, *Kalaa ta Billotta*.

Calca, & carca, *turba* a *calcando*.

Calcari, *calcare* a *calcaneo*, nam eo *calcamus*.

Calcinari, in *calcem* redigere, est a *calx*, *cis*.

Caldu, & caudu *calidus*, a lat. *caleo*, vel ab hebr. דלק *dalac incendit*, nam si inversè legeris, habebis *calad*, unde & *calidus*.

Calendariu, *calendarium* a *calendis* primo mensis die, quod a gr. καλέω *calèo voco*, *as*.

Calendula, *caltha*, Siculis olim κάλχη *calche* Voss. de liter. permut.

Calia, caliari &c. Calia Messanensibus est cicer tostum in clibano, ex hebr. קליא *calia*, ex rad. קלה *calah*, *torrefecit*, *assavit*.

Calibru, *calibra*, vox recens, a *librandis* tormentis illi nomen.

Caligini, *caligo*, a gr. κάλον *calon lignum*, cujus fumo *caligamus*, vel a καλιὸς *caliòs* quod Hesychius reddit *carcer*, ubi *caligo* est, vel ab antiqua voce latina *calim*, pro qua *clam* dicimus, nam quæ in *caligine* sunt, quasi *clam* nobis sunt.

Calispera, casale prope Messanam, *calispera*, *æ*, gr. καλὴ ἑσπέρα *calì bespera*, idest *bona vespera*, ita semet Græci sub vesperam salutant.

Callibari, ex P. Delbono doceor esse, *romper la terra*, *primò arare*; anne esset a librando, eo quod aratro complanetur? mihi vox hęc nunquam audita

Callitricu, gr. καλλίτριχον *callitrichon*, alio nomine πολύτριχον *polytrichon*, vulgò *pollitrinca*; nomen illi est a copiosis capillis, est enim herba capillata; lat. *cauda equina*.

Calma, calmari, *malacia*, a gr. χαλάω *chalao remitto*, nam est maris remissio.

Caloma, est funiculus annexus fiscinæ uncis armatæ, qua xiphiæ in Messanensi freto capiuntur, qui ex fiscinæ ictu

faucii fugiunt, sed secum deferunt funiculum dictum *caloma*, hunc piscatores sensim attrahunt, & pisce potiuntur; a gr. χαλάω *chalao remitto*.

Calomilda, *chamomilla*, gr. χαμαίμηλον *chamamelon* ab odore *mali*.

Calvariu, *Calvarius mons*, ubi vita nostra JESUS CHRISTUS mortuus fuit, a defunctorum *calvariis*, *quæ ibi erant*.

Calvarusu, *Calvarusus* terra in Messanæ districtu.

Calunnia, *calumnia*; hinc *calumnior* ab antiquo verbo *calvor* decipio: l. XII. tab. *Si* calvitur, *pedemve struit, manum endo jacito*.

Calura, *calor* v. caldu.

Calvu, *calvus*, ab hebr. קלל *calal*, *tersus politus*, vel a gr. Φαλακρὸς *phalacrὸs* literis permutatis.

Camalconti, gr. χαμαιλέων *chamæleon*, idest parvus leo, hunc ingeniosè descripsit Tertull. lib. de pall. „ *Capit & alia bestiola versiculum, de mediocribus oppidò, sed nomen grande, chamæleontem, qui audieris, haud ante gnarus, jam timebis aliquid amplius cum leone, & cum offenderis apud vineam ferme sub pampino totum, ridebis illico audaciam, & Græciam nominis, quippe nec succus est corpori, qui minutionibus multò licet, chamæleon pellicula vivit, capitulum statim a dorso, nam deficit cervix, itaque durum reflecti, sed circumspectu emissitii ocelli, imo luminis puncta vertiginant, hebes fessus, vix se a terra suspendit, molliter incessum stupens & promovet, gradum magis demonstrat, quàm explicat, jejunus scilicet semper, & indefectus, oscitans vescitur, follicans ruminat, de vento cibus tamen, & chamæleon mutare totus, nec aliud valet, nam cum illi coloris proprietas una sit, quod accessit, inde suffunditur: hoc soli chamæleonti datum, quod vulgò dictum est, de corio suo ludere*.

Camali, *bajuli*, qui in lœmocomio vulg. *lazaretto* merces evolvunt. Tavernerius in itin. Turc. lib. 4. c. 18. *fecero venire sedeci hamali, cioè a dire facchini*, ab hebr. עמל *hamal laboravit*, ac si diceremus *lavoranti*.

Camarda, familiæ cognomen; Dufresn. in voce Camardum. „ *Est igitur camardum pro camaratum ab eodem fonte* καμάρδαν, camardan vocarunt *Græci recentiores tentorium, quòd in modum cameræ, seu fornicis arcuatum sit . . . . . unde nostri Camardas Hispani camarda vulgo vocant milites, qui sub eodem tecto, aut tentorio, & in*

in eadem camera degunt.

Camarru, *asinus*, hebr. חמור *chomor asinus*, ex rubro colore, nam חמר *chamar* est *rubescere*, nam asini in Palæstina rubri sunt.

Camarruni, *tithymalus*, ab heb. חמר *chamar* rubescere, planta enim est uti corallium rubra.

Camauru, *pileolus*, gr. καμηλαύκιον *camelaukion*, quòd sit e cameli pilis.

Cambalù, Regia Tartarorum, Magni Canis (ita Tartarorum Princeps vocatur) civitas; Turcis Byzantium est *Stampul*, idest *Constantini Civitas*, ita *Cambul* Canis Civitas.

Cambarari, nobis est carne vesci, forsan erit a *camera*, quod in ea tantùm, & non in communi refectorio ea vesci liceret aliquibus religiosis ordinibus; vel erit a voce *camba*, cujus meminit Dufresnius dicens esse locum, ubi cerevisia coquitur; & inde forsan vox usurpata fuit ad significandam quamlibet coctionem, ita ut vox *cambarari* propriè sit de cibo ignis ope parato, nam jejunii tempore siccis rebus vesci olim mos erat, quòd Græcis est ξηροφάγειν *xerophagin*, & ξηροφαγία *xerophagìa* siccorum esus.

Cambiari, *cambire*. Apul.

Cambria, familiæ cognomen ex hebr. חמור *chamor* rubrus. Abela fol. 23. *Guardia ta Ras il Hamria*, *Guardia del capo rosseggiante*.

Camera, *camera*, gr. καμάρα *camara*, hebr. חמר *hamar fovea*, חמרות *hamaroth foveæ*.

Cameu, *camæus* Dufresn.

Camiari, Piscatores, ut pisces alliciant, utuntur massa quadam e farina, & caseo, quam vocant *camiu*, hinc *camiari*, ex hebr. קמח *camah* farina.

Camiari, Abela fol. 258. ait vocem hanc una cum aliis relictam in Sicilia fuisse a Saracenis, & valere *scaldar il forno*; mihi sanè in hoc sensu nunquam audita; erit ab hebr. חמם *chamam*, *caluit incaluit*.

Camiddu, *camelus*, gr. κάμηλος *camelos*, heb. גמל *gamal*.

Caminu, *caminus*, gr. κάμινος *caminos fornax*, dein ad fumi exitum inventi tubi in parietibus, hinc vox *caminari*.

Cammari, casale prope Messanam, ubi olim Regum Siciliæ fuerunt deliciæ, in loco dicto *li casazzi del Rè*, nomen habet a *cameris*, quæ ibi erant.

Cammisa, *subucula*, D. Hieronymo *camisia*. Isid. *Camisias vocamus*, *quòd in his dormimus in camis*, *idest in stratis nostris*, hinc *cammisu* ob similitudinem cum *camisia*.

Campa, *eruca* herbas rodens gr. κάμπη *campe*.

Campagi, *campagus* genus calcea-

ceamenti, quo alii, quàm Principi uti non licebat, Cujac. lib. 21. observ. cap. 28. his ante D. Gregorii M. ætatem Diaconi Messanenses utebantur, & quia id Diaconi Catinenses attentarunt, Sanctus Pontifex ad Joannem Syracusanum Episcopum scripsit, ut de facti veritate cum omni subtilitate perquireret, nec tantæ temeritatis ausus leviter attenderetur. Insigne hoc Canonicorum Messanensium jus adhuc perdurat, nullique in Sicilia compagis uti licet.

Campagna, *v.* campu.

Campana, *campana*, Balsamoni gr. καμπάνα *campana*, hinc *campaniari* campanas pulsare, apud Hesych. ἐγκραμπανᾶν *encrampanàn* est βοᾶν *boàn clamare*.

Campari, *vivere*, quòd olim homines in *campis* vixerint, & post mortem e *campo* abierint ad sepulcra.

Camperi, *campi* custos.

Campiuni, qui in *campo*, idest in monomachia decertat.

Campu, *campus* vox Sicula. Hesych. κάμπος ἱππόδρομος σικελοί, *campos hippodromus. Siculi*, hinc *campagna*.

Camula, camuliari.

Camurria, *feminis fluxus*, gr. γονόῤῥοια *gonorrhæa*.

Camuciu, *aluta* pellis rupicapræ a Sicula voce κάμμας *cammas dama*. Vossius in liter. perm: *Dama a κέμμας, Siculi κάμμας dicebant, unde Latinorum damma, & dama Salmasius.*

Canagghia, *plebecula* nomine per contemptum a *canibus* deducto.

Canali, *canalis*, quòd in *cannæ* formam sit excavatus.

Cancaru, *cardo*, qui valvas regit, vox Sicula. Hesych. κάγκαλος ὁ ἐπὶ ταῖς θύραις σικελοί; *cancalos uncus est in foribus. Siculi.*

Cancrena, gr. γάγγραινα *gangræna*, idem.

Cancru, *cancer*, gr. καρκῖνος *carkinos cancer*.

Candidu, canduri, *candidus*; *candor*: hebr. קדח *cadah incendere*; inserto *n* fit *canda*; inde *candor*, incensa enim, *candentia*, seu *candida* sunt.

Candiri, canditi, *sacchoro condire*, *condita*.

Canfora, *caphura*, & *camphora*; ab hebr. כפר *copher bitumen*.

Cani, *canis*, gr. κυνὸς *Kynos* patrio casu, hinc *caniggbia* canica, æ, eò quòd *canibus* detur; *caniggbiola* porrigo, seu furfur a similitudine.

Caniperru, aliquem increpando dicimus *caniperru*, duæ sunt voces idem significantes *cani* & *perru*. Hisp. *perro*: vide ferracan.

Canizii, *canities* cum capilli senio *canescunt*.

Can-

Canna, *canna*, heb. קנה *canah*.

Cannameli, *canna mellita*, ipsum nomen eloquitur.

Cannamu, *cannabis*, & *cannabum*. Hesyc. *καναμις canamis*, a similitudine *cannæ*.

Cannarini, pulmonis, & ventriculi *cannæ*; lat. *jugulus*, & *jugulum*.

Çannarozzu, quævis canna e binis, quæ in collo sunt, ea qua cibos trajicimus, *guttur*, qua respiramus, *aspera arteria*.

Cannata, *urceus*; in vita B.Caroli Com.Fland.2.Martii apud Boll. c. 4. n. 28. *Comes argenteam* cannam *emerat, quæ potum . . . . quem continebat furabatur*, & inf. in notis lit. *F.* Canna *vox Belgis & Germanis notissima, idem quod Latinis & Græcis cantharus poculum*. Hesychio vox *γάνα gana*, est *ἀγγεῖον σκύφῳ παραπλήσιον*; *vasculum scypho simile*.

Cannavu, v. cannamu, hinc cannavazzu *tela cannabina*, cannavusa *cannabis semen*.

Cannedda, *cinnamomum* cortex involutus, & vacuus, ut *canna*. Canneddi grandiora ossa, quæ intus medullam habent; quin & calami textorum, aliaque hujusmodi a similitudine *cannæ*.

Cannici, calami graminis ampelodesmi, his accensis nocte utimur luminis ergo.

Çannistru, *canistrum*, quòd e *cannis* fit, gr. *κάνης*, *κάνεον*, *κανύσΊρον canes*, *caneon*, *canistron*.

Cannitu, *cannetum*, a *cannis*.

Cannizza, Helychio *καν|σκιον canifkion*, a *cannis*.

Cannocchiali, quasi *canna ocularis* telescopium.

Cannoli, *cannæ internodia, fontium fistulæ*, quin & capilli *calami* in morem involuti, qui ex eo dicuntur *calamistri*.

Cannottigghiu, aurum, vel argentum *cannæ* instar involutum.

Cannuni, est tormentum bellicum, illi nomen a grandiore *canna*.

Canoni, Canonicu, canonista, &c. *canonnis*, gr. *κανὼν canon regula*.

Canonici terzeri. Abela fol. 334. ita de Canonicis Melitensibus. *Nel tempo d' estade intervengono a terzeria, cioè a dire, che sono esenti per due settimane, e poscia una d' obligo al coro*.

Canoru, *canorus*, a nomine *canor*, quod a verbo *cano*.

Cansu, cansari, cansatu. Cansu est ille locus, quem sedendo occupamus, nam dicimus *io staju a lu miu cansu*, ego in loco meo sto, quod hæc sit vocis notio, liquet ex verbo *scansare*, quod Crulcanis est *discostare alquanto la cosa dal suo luogo*, hinc *cansarisi* benè dictum de eo, qui aly-

lum

lum petit, nam sedeat necesse est, qui in foro munia obire nequit.

Cantamplora, *vas ad refrigerandum* notum omnibus, quòd potum cum *cantu*, ac *ploratu* ministret.

Cantara, flumen *Onobala*, ex arab. voce *cantar*, idest *pons*. Abela f. 87. *sgorga dal fonte della* cantra, *cioè arco, che quivi era anticamente*.

Cantari, *canto, as*, a *canendo*, vel a voce *canna*, quod eâ primùm cantaretur, vel ab hebr. נגן *nagan*, quod est *canere*; psal. 61. titulus habet על נגינת *hhal neghinoth*, quod S. Hieron. vertit *organum*.

Cantaridi, a gr. κανθαρὶς *cantharis* parvus scarabæus.

Cantaru, *cantharus*, gr. κάνθαρος *cantharus* poculi genus; nunc vas ad alvi munia.

Cantàru, pondus centum rotulorum, hisp. *quintal*, quasi esset *quinta* pars ponderis majoris, crederem pondus integrum fuisse rotulorum 500; cujus *quinta* pars est rot. 100. quæ dicta fuit *quintale*, hinc *cantâru*.

Cantiari v. cantu.

Cantica Salomonis, Hebræis *cantica canticorum*.

Cantilena, *cantilena*, *æ*, a verbo *canto*.

Cantina, incantina, *cella vini*, *oleive*, quòd in *canthis*, seu angulis domûs sit.

Cantu, *canthus*, angulus oculi, aliter *hirquus*, hinc *cantiari* ad angulum declinare.

Cantu, *cantus*, a *cantando*.

Cantuni lapides, qui in domorum angulis, seu *cantis* locantur; cantunera lat. *versura*.

Canusciri, *cognoscere*, a gr. γινώσκω *ginosco* pro eodem.

Canutizza, *canities*, canutu *canus*; de capillis, & barba, quæ senio *candicant*, & *canescunt*.

Canzuna, *cantio*, a *canendo*.

Capaci, capacità, *capax*, *capacitas*, a verbo *capio*, quod ab hebr. כף *caph vola manûs*, qua res *capimus*.

Capanna, *tugurium*, gr. καλύβη *calybe*; vel a verbo *capio*, vel a *casa*, & *pannus*, quòd sit *casa panno* tecta, qualis est Tartarorum, quam aspero cilicio contegunt; in Hesychio est καπάνη τρίχινη κυνῆ, idest *capane pellis*, *seu galea canina*, Hesychii verò textus est corruptus, & ita restituendus καπάνη τρίχινη σκηνὴ capane tentorium ex cilicio; hinc est *cabanu*.

Caparbiu, *cervicosus*, a *capite*, quòd suo *capiti*, & *arbitrio* indulgeat.

Caparra, *arrha*, *æ*, gr. ἀῤῥαβῶν *arrhabòn*, hebr. ערבון *harrabon* pignus.

Caparruni, Guibert. cap. 32. *cucullum*, *quem* caparonem *vo-*

camus. Matth. Parif. an. 1227. *duas tunicas fine caputio, & cingulum, & braccas, &* caparonem *usque ad cingulum*; etymon eſt a capite.

Capiddu, *capillus*, quaſi *capitis pilus*.

Capidduvenniru, *adiantum* herba *capillata*.

Capiſtru, *capiſtrum*, quo jumenti caput ligatur.

Capitali, a *capite* nomen habens.

Capitanu, qui *caput* eſt, ſeu primus.

Capitari, ad rei *caput* venire.

Capiteddu, columnę *capitellum*, & cujuſvis rei eminentia, ut mamillæ, libri &c. a *capite*.

Capitulu, *capitulum*, a *capite*.

Capizzali, capizzu, *cervical*, quòd *capiti* ſubmittatur.

Capizzuni, *capiſtrum*, quo jumenti *caput* ligatur.

Cappa, quòd *caput* præ aliis tegat.

Cappeddu, *pileus*, quòd caput tegat.

Cappella, de vario hujus vocis ſenſu conſule Dufreſnium, vox barbara, uti & *cappa*.

Cappellanu, a *cappella*, facellanus.

Cappottu, vox dimin. a *cappa*. *bardocucullus*.

Cappucciu, *cucullus*, a *capite* tegendo.

Cappucciu, *braſſica capitata*, quòd *caput* referat, vel a gall. vocibus *cap*, & *chu* quarum primâ venit *caput*, alterâ *caulis*, & conjunctæ faciunt *cappucciu*.

Capricciu, inſolens cupiditas, nomen eſt a *capreolis*, ſeu viticulis, quibus vitis aſſurgit, vel a *capreis*, quæ prærupta loca ſcandunt.

Capricornu, *capricornus* zodiaci ſignum.

Capu, *caput*, ab hebr. כפף *caphaph curvare*, quòd curvum ſit.

Capudogghiu, *phyſeter* cetus, e quo oleum conficitur; qui mero ſe ingurgitat, dicitur *capudogghiu*, nam ſi ructet, ingentem vini copiam, ut phyſeter aquæ vomit.

Capuliari, aliquid minutim concidere, a voce *capulus* gladius.

Capunata, acetarium e variis rebus minutim conciſis.

Capuni, *capo*, & *capus*, a gr. *κάπω capo* voro, quòd ſit vorax.

Capurali, militum *caput*.

Capuraiſi, vox comp. ex lat. *caput*, & arab. *rais caput*.

Caputimula, fuſi verticillus, qui in ejus capite locatur.

Capuzziari, caput præ ſomno demittere, & levare.

Carabozzu, vox hiſp. *Calaboza è una carcere, o prigione in forma di pozzo*; gurguſtium.

Caracolu, herba cujus flos, & rami ſunt intorti; hiſpan. *caracol*. ad hujus ſimilitudinem ſcalæ cochlides; *fatti a caracolu*.

Caramuſciu, ital. *caramogio* cunicu-

niculus, seu lepusculus.

Carapegna, potio glaciata, ab hebr. קרה *cara*, & פני *peni*, idest *frigus intimum*.

Caratteri, gr. *χαρακτὴρ charatter*.

Caratu, perfectio, *oru di* 24. *carati*, idest optimum, hebr. כלה *calah* perfectio, & num. plur. כלות *chiloth perfectiones*. מכלות זהב *michiloth zahab* de *optimo auro*. 2. Paral. 4. 21.

Caravazza, hisp. *calabaza cucurbita*.

Caravella, navigii genus, a gr. *κάραβος carabos, cancer marinus*, quòd ejus formam referat.

Caravigghianu, qui *carò vendit*.

Carbunchiu, *carbunculus*, quòd carbonis instar ardeat, vel luceat.

Carbuni, *carbo*, ab hebr. ערב *charab obscuravit*.

Carcagnu, *calcaneum*, a *calcando*.

Carcara, *fornax calcaria*, ab hebr. חרר *charar* ardere, geminatâ primâ syllabâ ad significationem augendam.

Carcarazza, *pica*, gr. *καράκραξα caracraxa*, idest *clamans cra cra*.

Carcari, *calcare* a pedis calce, quo *calcamus*.

Carcariari, de eo, qui febri æstuat, ac si in *fornace calcaria* esset; de gallina, quæ ovum posuit latinè *singultit* est a sono *cra cra*, quem cum tædio repetit.

Carciari, 4. syll. Delbonus exponit *scarificare* vox Messanę inaudita.

Cardacia 4. syll. gr. *καρδιαλγία cardialgia* cordis dolor, cardaciari *corde angi*.

Cardari, *carminare*, v. cardu.

Cardedda, *sonchus*, gr *σόγχος sonchos*, quia pappos emittit, ut *carduus*.

Cardidda, herba, qua *cardueles* vescuntur; lat. *senecio*, vel *acanthis*.

Cardiddu, *carduelis*, quod *cardui* semine vescatur.

Cardini, *cardo* a gr. *κάρτος cartos robur*, quòd januam substentet.

Cardu, *pecten* a similitudine herbæ spinosæ, quam dicimus *cardunazzu*.

Cardunazzu, herba spinosa in sola Sicilia nascens, teste Plin. lib. 2. c. 16. Siculis græcè loquentibus *κάκτον cacton*. Voss. in Etymol. *Siculi κάκτον vocant*, a *catton* fuit *cardu carduni* &c.

Cariddi, *charybdis* vortex prope Messanam. Bocharto in Phaleg. l. 1. c. 28. est אובדן חור *chor obdam*, idest *foramen perditionis*.

Carina, *carina* ignotum etymon.

Caristia, *caritas*: a *carendo*.

Carizzi, gr. *χάριτες charites* blanditiæ.

Carnala, macellum carnium;

quin & uncus ferreus unde caro dependet; Panormi sepulcrum ita vocatur, ut græcè σαρκοφάγος *sarcophagos*, idest lapis carnem absumens.

Carnalivari, *carnes levare*, seu *tollere*, hisp: *carnes tollendas*, tempus est a Sexagesima usq; ad feriam cinerum excurrens, quòd inde carnis esus olim cessarit, ut etiamnum Græcis mos est, qui sanctæ, & magnæ Quadragesimæ ipsis ita dictæ carnium abstinentiam per hebdomadam, ἀπόκρεω *apocreo* dictam, idest de *carne tollenda* præmittunt.

Carni, *caro* gr. κρέας *creas* literis transpositis.

Carnifici, *carnifex*.

Carogna, *caruncula*, ita per contemptum dicitur meretricula.

Carozza, hominis caput, græcè κάρα *cara caput*; ita etiam dicitur quarta pars modii Siculi, quòd tanta sit, quanta in humano capite contineri queat.

Carpiari, velociter ire, *carpere iter*, Italis *carpire* est *pigliar con violenza*.

Carpinu, *carpinus* arbor.

Carrabba, caraffa; hebr. ערף *hhrapb stillavit* latinè *guttus* e quo liquor *guttatim stillet*.

Carrata, carru, carrozza, carriari, carriciu &c. sunt a *carrus*, seu *currus*; v. curriri.

Carrateddu, *quarta pars cupæ*, a gall. *quarrè*, idest *quartus*.

Carrinu, *Carolenus* moneta sub Carolo Andegavense cusa.

Carrubba, hebr. חרב *carub*; carrubbara, gr. *ceratonia* a κεράτιον *ceration corniculum*, seu siliqua, quia ejus fructus est *corniculatus*.

Carrubina, v. *cherubina*.

Carrucciari, *largiter bibere*: Francios; *carruz parola tedesca, e vale finir di bere quello, che è nel vaso*.

Carruggiu, *sulcus a carri rota impressus*; hinc scarruggiari.

Carsara, *carcer*, a *coercendo*.

Carta, *charta*, gr χάρτη *charte*, cartuni *charta grossior*.

Cartedda, *cartallus*, gr. κάρταλλος *cartallos* pro eodem.

Cartilagini, *cartilago*, quasi *carnilago* Voss.

Cartocciu, *chartaceum* involucrum.

Curti, curtiggianu, ab ital. *corte*, qua & Græci sequiores usi, gr. *κόρτε corti*, lat. barb. *curtis*, quæ venit a *cobors* unde *curs curtis*. Varr. l.4. de l.l.

Curtigghiu, curtili *impluvium*; ab eodem fonte.

Curtisi, curtisia, ab eodem fonte.

Curtu, curtizza, gr. *κυρτὸς curtòs curvus*.

Curvu, curvari, *curvus*, a gr. *κυρτὸς curtòs*.

Curvata, collare lineum, quòd circa collum *curvetur*.

Curuna, *corona* a *choro*, quòd ibi *coronarentur*; consonat Hesychius in *χορὸς chordt*, quam vocem exponit *κύκλος στέφανος circulus, corona*.

Cu sà? *quis sapit?* sapiri est a sapiendo, non a *sciendo*.

Cuscinu, *consobrinus*, vox hæc legi debet dulcissimè, sono medio inter *s*, & *c*; venit a gallico *cousin*.

Cusciuu, literis *sc* fortiter prolatis, *pulvinar*, *cervical*; nomen habet a *coxa*, nam est plenum, & confertum plumis, ut *coxa* conferta est carne.

Cusciri, *consuere*, a *suendo*.

Cusculi, parva ligna a mari in littus ejecta, *quisquilia*, hinc *cusculi*.

Cuscusu, similago, seu globuli e simila vox arabica. Jo. Leoni in descript. Africæ p.2.f.12. de populis regionis Heæ ita scribit: *sogliono mangiare carne bollita, & insieme cipolle, & fave, o pure l' accompagnano con un altro cibo detto da essi cuscusu*.

Cusi, *sic*.

Custana, quia costæ vices gerit, vel pro eo, quod est petimen, ulcus scilicet bestiarum in dorso, italis *guidalesco*, eo quod in costis sit.

Custari, *constare*.

Custera, quia in montium costis sit.

Custiari, quasi *costas* circuire.

Custodia, *custodia*.

Custura, custureri, a *consuendo* est *consutus*, hinc *consutura*; pro quo dicimus *custura*.

Cutaneu, *cutaneus* a *cute*.

Cuteddu, *cultellus*.

Cuti, cutina, *cutis*, a gr. *σκῦτος scutos corium*.

Cuticunf, *rusticus*, qui durlori est *cute*.

Cutra, *culcita*, vel *culcitra* a *calcando*, seu stipando, nam tomentis est stipata.

Cutruffu, *vasculum atramenti*.

Cutruzzu, *spina dorsi*.

Cuttuni, ex heur. קתן *keten tunica*, arab. *catin*, lat. *gossipium*.

Cuttura, *coctura* a *coquendo*.

Cutugnu, *cotoneum*, & *cydonium* a Cydonia oppido Cretæ, un-

de primùm allata fuerunt cydonia; cutugnata *cydonia saccbara condita*.

Cutulari, pro quo Messanæ dicimus scutulari, *quatere excutere*.

Cuva, cuvari, a *cubando*, ovu cuvatizzu, cui gallina *incubuerit*.

Cuverchiu, *operculum*, forsan olim fuit *coopercułum*.

Cuverta, à *cooperiendo*:

Cuviu, dicimus *lupu cuviu*; idem est ac italicè *cupo*; dicimus etiam de homine, cujus arcana rimari non possumus.

Cuzzari, v. cozzu.

Cuzzica, furunculus in capite enascens, ab hebr. קוץ *cuts spina*, siquidem pungit uti *spina*.

D

DA, præpositio ablativo inserviens *a*, vel *ab*.

Da, in sensu hortandi, *da scrivemu*, eja scribamus, imperativum verbi *do*.

Dadu, *talus*, a gr. ταλᾶν *talân tolerare*, nam tali corporis pondus sufferunt.

Daga, *sica* Anglis *dagger*, Gallis *dague*. Dufresnio hæc vox est ab hebr. *dacac acuere*, quod verbum, sive hoc modo scribas דקק, sive רחק, sive tandem רכך numquam usurpatum vidi in sensu *acuendi*, sed in hoc alio *impellendi*, *premendi*, *comminuendi*.

Dagali, *balteus*, ita etiam Hispani, erit eo quod *daga ensis* ab eo dependeat.

Dagali, P. Delbono est terra alluvioni exposita, vox mihi inaudita, & ignota.

Dainu, a latino *dama*.

Dali, dali voces hortantis: quando duo invicem rixantur, & ad manus ventum est, tunc adstantes solent inclamare *dali dali*, idest *da illi*, *da illi*, seu *percute*.

Dama, damigella, a barbara voce *domicella*.

Damaschina, dicimus de spatha, eo quod spathæ Damascenæ aciem omnium optimam haberent, enses siquidem Damasci confecti, vel aquæ vi, vel ab alio liquore, ita erant temperati, ut ipsorum acies vix hebesceret.

Dammaggiu, gall. *dommage* damnum, hinc dammaggiari damnum inferre.

Damusu, a lat. *domus*, gr. δόμος *domos* modo usurpatur pro fornice camerato.

Dannu, *damnum*. Hesychio δαμνὸν *damnòn* est δεινὸν *dinòn* horribile.

Danti, coiru di Danti, *corium* alcis.

Dan-

Danza, danzari, gall. *danse danser*.

Darba, in recenti Diction. Sic. vox hæc exponitur *zappa d' acqua*: vocē hanc semel penè puer audivi a quodam e Soc. Jesu, qui dicebat Panormi esse in usu, ibique dici solere *una zappa, ed una darba d'acqua*; si ita res est, *darba* quid minus erit a *zappa*, quare dicerem *zappam* forsan dividi in quatuor partes, quarum quælibet ex hebr. diceretur *darba* ארבע *arbaà*, ideſt quarta pars; ita in adversariis divinando scripseram, cum ecce in manus meas venere memoriæ literariæ Siculæ Pan. editæ a Clarissimo D. Dominico Schiavo de Siculis antiquitatibus optimè merito, is ergo pag. 258. tom. 2. loquens de aquarum mensura, quæ Senatui Pan. est in usu meam conjecturam firmat his verbis, *la misura adunque più piccola si disse da' nostri maggiori penna, ed è del diametro, e rotondità seguente* O, *quattro penne formano un denaro, 4. denari un darbo, 4. darbi una zappa*.

Dardu, ital. *dardo*, gall. *dard*, ang. *dart* est telum, quod a *dar quercus* nam telum erat e quercu.

Dari, *dare*, a gr. δῶ *do*.

Data, dies est, quo epistola *data fuit*, a *dando*.

Dattilu, *dactylus*, gr. δάκτυλος *dactylos* fructus palmæ, & pes metricus; ea vox Græcis significat digitum manûs, & palmæ fructum.

Daveru, *verè*, & *verò*.

Daziu, vectigal, quòd Principi *detur*.

Ddà, adverb. statûs, & motûs, *statti ddà*, sta illic; *vinni di ddà*, venit illac; *va ddà*, vade illuc; *di ddà ddà và a la marina, e comprati li pisci*, inde illac vade ad maritimam, & compara tibi pisces.

Dda, ddi, ddu, pronomina respondentia latinis vocibus *illa*, *illi, ille*, dda casa, *illa casa*; ddi libri, *illi libri*; ddu cani, *ille canis*.

Ddanza, gall. *danse*.

Dichi, qui disco, vel pila ludunt, e longinquo pilam, vel discum jaciunt, ut scopum attingat, vel ad ipsum propiùs accedat, id si eveniat, dicunt *ddichi*; ita etiam dicunt Sartores, dum e panni reliquiis aliquid volunt conficere, tunc illas variè locant, ut intento congruant, & voti compotes dicunt *ddichi*; græca vox δίκη *diki* justitia, hinc liquet utrobique nil aliud ea voce exprimi, quàm *justè justè*.

Ddiccari, *lingere*, a gr. λῆχω *licho*, hebr. לקך *lacac*.

Ddingari, addingari, *dignari* a *dignus*, quod a græco δ' αξιῶν

vviu dicnyo, v. dignità.

Ddisa, gramen ampelodesmon Plinii, quo olitores utuntur ad herbarum fasciculos ligandos, vox græca δέσις *desis ligamen*, hinc *ddisa*.

Ddocu, adverb. ſtatûs, & motûs, *ſta ddocu*, ſta in loco; *ſi partiu di ddocu*, ex iſto loco diſceſſit.

Ddosa, & dosa, gr δόσις *doſis*, a verbo δῶ *do*, vox medicorum propria, ſignans juſtam medicamenti quantitatem infirmo *dandam*,

Debellari, *debellare*, a *bellando*, hoc autem a *bellum*.

Debili, *debilis*; Voſſio eſt quaſi *debabilis*, meo verò judicio erit a *labendo*, debiles enim facilè *labuntur*.

Debitu, *debitum* a *debendo*.

Decacordu, a *decem chordis*.

Decadi, *decas*, gr. δεκὰς *decàs* vox in latinam linguam invecta.

Decadiri, a *cadendo*, v. cadiri.

Decalogu, gr. δεκάλογος *decalogos* decem legis præcepta.

Decampari, *campum tollere*.

Decantari, *decantare* a *cantando*

Decantari, eſt etiam liquorem in aliud vas transferre, ut quod pellucidum eſt, ſenſim fluat, fæx verò in *cantho*, ſeu angulo maneat, hinc decantari.

Decanu, *Decanus* Eccleſiaſtica Dignitas, in Meſſanenſi Protometrop. eſt prima poſt Pontific. ad quam Optione pervenitur.

Decapitari, a *capite truncando*.

Decembru, *December*, decimus menſis a Martio, qui olim fuit anni initium, poſt quem Aprilis, Majus, & Junius proprium nomen habuere, ſequentes verò uſque ad Decembrem nomen habuerunt a numero, ſcilicet Quintilis, Sextilis, September, October, November, December.

Decenniu, *decennium*, a decem annis.

Decenti, decenza, *decens*, *decentia*, a *decendo*, quòd a gr. δεῖ *dei oportet*, litera verò *c* indita fuit, ut a σπέος *ſpeos* factum fuit *ſpecus*.

Deci, decima, &c. *decem*, *decima*, a gr. δέκα *deca*.

Decidiri, *decidere*.

Declamari, *declamare*, a *clamando*.

Declinari, *declinare*, a gr. κλίνω *clino inclino*.

Decollari, *decollare*, ipſa vox loquitur.

Decorari, *decorare* a *decus*, vel *decor*, quæ veniunt a *decendo*, nam quæ ſunt *decora*, eadem ſunt decentia.

Decottu, *decoctum* a *decoquendo*.

Decrepitu, *decrepitus*, a vita *crepera*, ideſt *dubia*, vel quòd *crepitum* ventris effætis viribus, & muſculo conſtrictore laxato, edere nequeat.

Decretu, *decretum*, a *decernendo*. De-

Deculonna, gr. διάχυλον *diachylon* emplastrum de succis, qui græcè dicuntur χυλοὶ *chyli*.

Decumana, unda *decumana*, quòd observatum sit decimam undam aliis esse majorem.

Decuria, *decuria* a numero *decem*.

Decursi, a *decurrendo*.

Deda, *tæda*, gr. δαΐδα *daida* *fax*, Messanæ *dedera*.

Dedicari, *dedicare*, a *dicando*.

Deditu, *deditus* a *dedo*, quod a gr. δίδωμι *didomi*.

Deduciri, *deducere* a *duco*.

Defalcari, e numero aliquid demere, ab ital. *falta*, ideſt *defectus*.

Defatto, ita dicitur Curiæ ſententia, ex primis nempe vocibus, quæ a Mag. Not. in ſententiæ principio apponuntur, quæ debent ſeorſim ſcribi *De facto*, ita ut verus ſententiæ ſenſus iſte ſit. *De facto* ſcilicet de *actione*, vel *causa vertente inter N. & N. provisum est per &c.*

Deferiri, *deferre* a *fero*, græcè etiam φέρω *fero*.

Defettu, *defectus*, a *deficiendo*, defettari, *deficere*.

Definiri, *definire*, a *finis*.

Deflorari, quod eſt virginem corrumpere, virginitatis *florem* libando.

Deformi, *deformis*, *formæ* defectu.

Defraudari, *defraudare*, a *fraude*.

Defuntu, *defunctus* is eſt, qui munus ſuum perfecit, transfertur ad mortuos.

Degenerari, de *genere* excidere.

Degradari, de *gradu* movere.

Deità, *Deitas*, v. Diu.

Del, olim fuit *de il*, ideſt *de illo*. Poliphilus prope finem lib. 1. *revelato il coperculo* de il *sancto reposito*.

Delaturi, *delator*, qui *defert*.

Delegatu, a *delegando*,

Delfinu, *delphin*, *delphinus*, a gr. δέλφαξ *delphax porcellus*, nam pinguis eſt ut porcus; Germanis dictus *mer'suin* ideſt *maris porcus*.

Deliberari, *deliberare*.

Delineari, *delineare*, a *linea*, nam *delineatio lineis* fit.

Delinquenti, a *delinquendo*, ideſt deficiendo, nam muneri ſuo deeſt.

Delliquiu, *deliquium*, animi defectus.

Deliriu, *delirium*, *lira* eſt ſulcus in agro relictus ad aquas colligendas, & qui ab hoc ſulco, ſeu *lira* aquas divertit, *delirare* dicitur, translatè ſumitur pro eo, qui a ratione deflectit.

Delizia, *delicia*, quia *allicit*.

Deludiri, *deludere*, a *ludo*.

Demaniu, *demanium*, vox barb. pro *dominium*.

Dementari, *dementare*, ideſt aliquem *de mente* movere.

Demeritari, *malè mereri*, ideſt *de merito* demere.

De-

Demini, *vallis Demenna* prima e tribus Siciliæ Vallibus, a Civitate Demenna, quæ Valli nomen dedit, cujus mentio est in diplom. Hugonis Archiep. Messan. anno 1131. in quo legitur monasterium Sancti Barbari de *Demenna*, hinc malè scribitur *Vallis nemorum*.

Demoliri, *demoliri*, a verbo *molior*, idest ædifico, cujus oppositum *demoliri* est destruere.

Demoniu, gr. δαίμων *dæmon*.

Denigrari, *infamare*, idest famam *nigram*, seu obscuram reddere.

Denominari, a *nomine*:

Denotari, *denotare* a *notando*.

Densu, *densus*, a gr. δασὺς *dasùs*, interjecto *n* fuit *densus*.

Dentatu, piscis *dentex*, quia probè est *dentatus*.

Denti, *dens*, a gr. οδόντος *odontos* patrio casu, hinc *dens*.

Denuncia, *denunciatio*, a *nuncius* voce Syracusia, ut ait Joseph Scal. relatus a Vossio in v. nuncius.

Dependiri, *dependere*, ab aliquo nimirum *pendere*.

Deplorabili, *deplorandus*, idest *ploratu* dignus.

Deponiri, *deponere*, a *ponendo*.

Depositari, a *deponendo*.

Depravari, *depravare* a *pravus*, quæ vox est, a gr. παραβάω *paravao* transgredior.

Deprimiri, a *premendo*.

Depurari, a *puritate*, *purum* verò ab hebr. ברך *barar purgavit*.

Derelittu, *derelictus*, a *relinquo*.

Deridiri, *deridere*, a *ridendo*.

Derivari, *derivare*, idest a *rivo ducere*.

Derogari, *derogare*, olim leges a populo *rogabantur*, oppositum est *derogare*.

Descriviri, *describere*, v. scriviri.

Desertari, tum de prægnante, quæ ante tempus fœtum emittit, tum de terra, & arboribus, quæ herbam, & fructus intempestivè ferunt, est a *deferendo*, idem dicitur de transfugis, qui suos deserunt.

Desertu, *desertum* a *deserendo*.

Desiccari, a *siccando*, *siccus*, gr. σαυκὸν *saucòn*.

Desideriu, *desiderium*.

Designari, *designare*, a *signando*.

Desinenza, *desinentia*, a *desino*.

Destillari, *destillare*, idest stillatim fluere.

Destinu, a *destinando* destinatio.

Destitutu, *destitutus*.

Destra, *dextera*, gr. δεξιὰ *dexià*.

Destruiri, *destruere*, uti *struere* est *fabricari*, ita *destruere* est demoliri.

Detenturi, *detentor* a *detineo*.

Deteriorari, rem facere *deteriorem*: *deter*, idem est ac *vilis*.

Determinari, a *termino*, seu *fine*.

Detestari, ita & latinè.

Detrairi, detrazzioni, *detrahere*,

re ; *detractio* , a *trahendo* .

Detrimentu , a supino *detritum* fit *detrimentum* .

Detta , *debitum* , a *debendo* .

Devastari , a *vastitate* .

Devotu , devozioni , *devotus* , *devotio* , a *devovendo* , seu sacrando .

Di , *de* : vinni di lu locu , *venit de loco* : di Gerusalemmi non si ndi parla chiù , *de Hierusalem actum est* ; quando verò genitivum designat, est ex usu chaldaico . Dan. 2. 9. די דהב *di dahab* , idest *d'oru* , & infra v. 20 די ליה *di lui* .

Dià , vox decurtata ex integra *Diavulu* , hanc usurpant blasphemi dicentes *santu dià*, nec totam vocem proferunt metu pœnarum , v. diammani .

Diaconu, gr. διάκονος *diaconos minister* .

Diadema , gr. διάδημα *diadema*, vitta qua Regum frons ligabatur , a verbo δέω *deo ligo* .

Diafanu , διάφανος *diaphanos translucidus* , per quod lux possit permeare .

Dialettu, *dialectus* , gr. διάλεκτος *dialectos* , cujusque linguæ proprietas, uti Panormitanis proprium est *b* in *u*, & e contra *u* in *b* mutare , nam pro *barca* dicunt *varca* , pro *Vicenzu Bicenzu*.

Dialogu , gr. διάλογος *dialogos dialogus* .

Diamanti , *adamas*, gr. ἀδάμας , ab α privativo, & verbo δαμάω *damao domo* , eo quòd creditus fuerit indomabilis .

Diametru, *diametros* græca terminatione , licet usurpetur etiam *diameter* , a v. διαμετρέω *diametreo dimetior* .

Diammani , diantani , diarrachi, diascacci; quamvis videantur voces nihili , & ad libitum inventæ, sunt tamen significativæ, quarum initium *dia*, idem est ac *diabole* , reliquum verò ita resolvitur, *Diammani*, idest *diabole mane* , *fermati, mane* scilicet est correctio primæ vocis *dia* diabolum vocantis; Diantani idem est , ac *Diabole tene*, idest *non veniri avanti* ; Diarrachi sonat *Diabole rumparis* a ῥάχος *rhacos*, seu a ῥήσσω *rhisso rumpo* , Diascaci valet *Diabole hinc abeas* ab italico *scacciari*, hoc totum fit per reticentiam, ut diximus in voce *Dia* .

Diariu , *diarium* a *die* , quod a Cretensium lingua, ipsis enim διὰ est *dies* . Macrob. l. 1. Sat. cap. 15. *Cretenses* διὰ τὴν ἡμέραν *vocant* , idest *Cretenses* dià *diem vocant* .

Diarrea , *diarrhœa* , gr. διάῤῥοια *diarrhœa* a fluendo .

Diaspru , *jaspis* , hebr. ישפה *jaspah* .

Diavulu , *diabolus* , gr. διάβολος *diabolos* calumniator .

Dibattiri , v. battiri .

Dica, *dica, æ*, causa actio forensis, gr. δίκη *dike*, transfertur ad molestiam, tædium, hinc *addichiari* fastidire, arab. *dic*, & *dica* est molestia a rad. צוק *zuc*, literâ צ pro linguæ genio in *d* conversâ.

Diceria, a *dicendo*, v. diri.

Dichiarari, *declarare* a *clarus*.

Dieta, gr. δίαιτα *diata*.

Difendiri, *defendere*, quod est quid noxium prohibere.

Difettu, *defectus* a *deficiendo*, *lu difettu veni di lu mancamentu*.

Differenza, *differentia*.

Differiri, *differre*.

Difficili, *difficilis* ex simplici *facilis*, & particula *dis*, quæ significationem corrumpit, vel tollit, ut omnibus liquet.

Diffidari, & disfidari, *diffidere*, a verbo *fido* cum particula *dis*.

Diffundiri, *diffundere*, a verbo *fundo* cum eadem particula *dis* denotante divisionem.

Digeriri, *digerere*, idest in diversa loca *gerere*, transfertur ad stomachi coctionem.

Dignu, *dignus* a gr. δεικνύω *dicnyo monstro*, dignus enim digito monstratur.

Digressioni, *digressio*, idest extra viam *gradi*.

Dijunu, *Jejunium*, jejunare vox ab Ecclesia usurpata.

Dijunu, intestinum *jejunum*.

Dilatari, *dilatare* ab adject. *latus*, quòd a gr. πλατὺς *platus*, demptaque prima litera *latus*.

Dilazioni, *dilatio*, a supino *dilatum* verbi *differo*.

Dileguari, *evanescere*, ital. *dileguare*, quod crederem esse a voce *eguale*, nam si res aliqua supra cæteras emineat, statim discernitur, si verò subsidat, & ad *æqualitatem* reducatur, quasi evanescit, nec amplius ostendi potest.

Dilettu, *dilectus* a *diligendo*; dilettu *delectatio* a *delectando*.

Dilicatu, *delicatus* a *deliciis*.

Diligenza, *diligentia*, a *deligendo*, qui enim solers est, quascumque res deligit, & probat an bonæ sint, ideoque *diligens* est.

Dilliggiari, & sdilliggiari, contrarium ab eligendo, nam qui contemnit, nil eligit.

Dilluviu, *diluvium* a *diluo*; quod etiam significat *inundare*.

Dilungari, *differre*, *prolatare*; a voce *longus* ut patet.

Dimandari, *petere*, Itali, & Galli eodem verbo utuntur, erit a lat. *demandare*, licet in sensu petendi apud authores non inveniatur.

Dimensioni, *dimensio* a *metiendo*.

Dimenticarsi, *oblivisci*, idest *de mente*, seu memoria decidere.

Diminuiri, *diminuere*, a *minuo*; gr. μινύθω *minutho* pro eodem.

Dimoniu, gr. δαίμων *dæmon* ge-

genius; nunc in malam partem intelligitur.

Dimurari, *demoror*, quo usus Cicero, ipsum verò est a *mora*.

Dimustrari, *demonstrare*.

Dinaru, *denarius*, gr. δηνάριον *denarion*. Varr. lib. 4. de l. l. *denarii, quod denos æris valebant*, vel erit a tinnitu, quem reddit.

Dindi, ndindi, pecunia a *tinnitu* quem edit, & fortassis vox denarius erit etiam a tinnitu.

Dinnamari, Messana a Peloro ad Argennum promontorium catenâ montium cingitur, horum summus apex dicitur *dinnamari*. Samperius putat nomen illi esse *bimaris*, quòd ex eo Jonium, & Tyrrhenum spectetur; mihi est suspicio fuisse dictum δύναμις ἄρεος *dynamis Arios*, ideſt *robur Martis*, eo enim opus est ad illam celsitudinem ascendendam.

Diocesi, gr. διοίκησις *diœcesis*.

Dipingiri, *depingere*. Cic.

Diploma, gr. δίπλωμα *diploma*, a διπλόω *diplòo* duplico, erat enim instrumentum, quod *plicabatur*.

Diportu, *solatium*.

Dipsa, serpens, qui morsu maximam sitim excitat, gr. διψὰς *dipsàs*, a δίψα *dipsa* sitis.

Diramari, a voce *ramus*; dicimus de fluvio, cum in *ramos* secatur, si verò de arbore, cujus *ramos* præcidimus, dicimus *sdirramari*.

Dirigiri, directu &c. a *dirigendo*, quod a *rego, is*.

Diri, *dicere*, a gr. δεικνύω *dicnyo monstro*, nam dicendo mentem *monstramus*.

Dirimpettu, quòd *contra pectus*, ideſt ex opposito sit.

Diroccari, de rupe, quam *rocca* dicimus projicere.

Diruttu, *diruptus*, ex *disrumpo*.

Diruzzari, *erudire* alibi diximus *d* in *z*, & e contra mutari; a lat. *rudis* est Italis *rozzo*, a *ruditas rozzezza*, hinc *diruzzari*, est *ruditatem* tollere.

Dis, particula, quæ vocis significationem, in malam, seu in oppositam partem immutat; quod in latino, & græco usuvenit.

Disairu, disairari Hisp. *desgayre, repulsa, e disprezzo*. Franciosinus.

Disastru, disastrusu, quasi contrario *astro* natus.

Disbrigari, a *tricis extricare*.

Discaru, *minimè charus*, adeoque *inamabilis*.

Discensu, quòd e capite *descendat*.

Discerniri, a *cernendo*, hic particula *dis* est divisiva.

Disciplina, quia per ipsam *discitur*.

Discipulu, *discipulus* a *discendo*.

Discordia, ita & latinè.

Discostari, *removere*, quasi *costam* ab aliis amovere.

Discrepari, *discrepare*.
Discrezioni, *discretio*, a *discernendo*, quod est *seligere*.
Discu, gr. δίσκος *discos discus* patina.
Disculu, gr. δίσκολος *discolos difficilis*, *fastidiosus*.
Disculpari, culpam excusare, v. culpa.
Discurriri, *discurrere*, v. curriri.
Discutiri, *discutere* a *quatiendo*, translatè est *disceptare*.
Disdiciri, *dedecere*.
Disdirisi, *dictum* negare.
Disditta, sditta; *adversa fortuna*, e contra quando fortuna favet *ditta*.
Diserrimu, v. erramu.
Disfari, *factum evertere*.
Disfida, a diffidendo, libellus quo quis *fidem* revocat, & proinde ad duellum invitat.
Disfiziari, *disfacere* barb. vox.
Disiari, *desiderare*.
Disimparari, *dediscere*.
Disimpignu, v. impignu.
Disinvoltu, cujus animus simplex, nec involutus.
Disleali, *sine lege* perfidus.
Dislocari, cum os e *suo loco* movetur, *luxare*.
Disossari, *exossare*.
Dispacciari, v. spacciari.
Disparatu, *disparatus*. Cic.
Dispariri, *dispar* sententia.
Disparità, *disparilitas*. Gell.
Disparti, *in partem* secretus.
Dispendiu, *dispendium*.
Dispensa, ubi cibaria servantur *penus*, a verbo *dispenso*, idest distribuo; pro eo tamen; quod est aliquid permissu Principis facere, quod aliunde non licebat, idem est ac *pensum*, seu imperatum tollere, hinc dispensari.
Dispensatio, quando rei crimen inficiantur, manibus post terga revinctis tolluntur in altum, quod est *dari la corda*, ut id fiat, Judex in eulogio criminali apponit hoc decretum *fiat dispensatio*; voce nullo pacto hoc denotante, ut ex lexicis patet, scribatur ergo *fiat dispansatio*, idest corporis distensio, a verbo *dispando*, idest *extendo*.
Dispersu, *disperditus*.
Dispettu, *despectus, us*, a *despiciendo*, quod in alicujus *despectum* fiat.
Dispisarisi, idem est ac *dispensarsi*, *di chistu mi ndi dispisai*, hoc est *mi ndi dispensai*.
Dispoticu, *despoticus*, a græco δεσπότης *despotes Dominus*.
Dispostizza, concinna partium *dispositio*.
Disprezzu, a verbo *disperno*, quo usus Juvencus.
Disputa, *disputatio*.
Dissapitu, *insipidus* quasi *dissapidus*.
Dissapuri, contrarium *sapori*, metaph. offensa.
Dissensu, a *dissentiendo*.
Dissenteria, gr. δυσεντερία *dysenteria*.
Dissertazioni, a *disserendo*.

Dissipari, *dissipare* ab antiquo *sipo spargo*, hinc *dissipari* est *dispergere*.

Dissuria, gr. δυσȣρία *dysuria* urinæ difficultas.

Distaccari; Stacca est lancea humi infixa, e qua pendet bravium dandum cursûs victori, hispan. *estacha*, hinc distaccari est lanceam defigere.

Distillu, humor a capite *destillans*.

Distinguiri, *distinguere*, ab antiquo *stinguo discerno*.

Distinu, gr. δύστηνος *dystenos* infelix; δυστηνία *dystenia* infelicitas.

Distornari, *tornari* est aliquid *torno* perficere, hinc *distornari* est opus torno factum delere, transfertur ad quamcumque deletionem.

Distrairi, *distrahere*, mentem aliò *trahere*.

Ditta, aviri la *ditta*, *ludere fortuna favente*, ital. *detta*.

Dittami, *dictamen* a *dictando*, seu imperando; dittami di raggiuni, est *rationis imperium*.

Ditteriu, *dicterium*.

Dittongu, gr. δίφθογγος *diphtongos* duplex sonus.

Diu, D. O. M. gr. Θεὸς *theòs*, idest *omnia videns*.

Divariu, *diversitas* a *vertendo*.

Divertiri, *divertere*, translatè *animi relaxatio*.

Dividiri, *dividere*, ab antiquo *iduo divido*.

Divinari, *divinare*.

Diviniri, *devenire* a *veniendo*.

Divintari, a supino *deventum*.

Divorziu, *divortium* a *diverto*.

Diureticu, græcè διουρητικὸς *diureticòs* urinam ciens.

Diurnu, *diurnus a um*.

Divorari, *devorare* a *voro as*; hoc autem a gr. βορὰ *vorà* pasculum.

Divulgari, *divulgare* v. vulgu.

Divolutu, *devolutus*, a *devolvendo*.

Dizzionariu, a *dictionibus*.

Doa, & doga: asseres, quibus dolium constat, vocantur *doi*, hac voce usus Vopiscus. Hesychius vocem δωῖα *doia* exponit ὁμοῖα *similis*, quare uidetur hos asseres dictos fuisse *dogas* a similitudine, quam inter se habent perfectissimam.

Dogghia, a *dolendo* v. duluri.

Dogi, *dux*.

Dolu, *dolus*, gr. δόλος *dolos* olim vox in bonam partem sumta, pro fraude addebatur vox *malus*: *dolo malo facere*.

Domascu, *damascus* urbs Syriæ, e qua *textile damascenum*, *ensis damascenus*.

Domari, *domare*, a gr. δαμάω *damao domo*.

Domesticari, a *domesticus*.

Domina, vox lat. hebr. אדון *adon dominus*.

Domma, gr. δόγμα *dogma*.

Domu, *domus*, gr. δόμα *doma*.

Don

Don, a *dominus*; hebr. אדון *adon dominus*.

Donna, *domina domna* barb. apud Hesychium est διοννὺς *dionnys*, quæ vox exponitur γυναικίας καὶ παράθηλυς *mulierosus*, *& effœminatus*.

Donu, *donum*, gr. δῶρον *doron*.

Donzella, barb. *domicella*.

Doricu, tonus *Doricus*, dialectus *Dorica*, qua usi Messanenses, Syrac., aliique.

Doti, a voce Sicula δωτίνη *dotine*. Varr. lib. 4. de l. l. *dos erit pecunia*, *si nuptiarum causa data*, *hæc græcè* δωτίνη *ita enim hoc Siculi*.

Dottrina, *doctrina* a *doceo*, quod gr. δοκέω *doceo judico*.

Duzana, duzinali, de numero *duodeno*, translatè sumitur de rebus vilibus, quæ ad numerum duodenum venduntur.

Draa, fœmina *draconis*, lat. dicas *dracæna*.

Draunara, v. drauni.

Drauni, *draco*, gr. δράκων a verbo δέρκω *derco video*, quòd acutissimè videat, Draunara turbo cum maximo vento, qui obvia quæque rapit, cui nomen ex spirali motu, qui draconis spiras æmulatur, quibus nil validius in mechanicis.

Dramma, gr. δραχμὴ *drachme* a δρὰξ *drax pugillus*, quantum contractâ volâ continetur; vel a δρᾶγμα *dragma manipulus*, dramma etiam est actio poetica; gr. δρᾶμα *drama* a δράω *drao ago*.

Drappu, *textile*, a gr. τραπεῖν *trapin calcare*, nam olim panni, e lana calcata fiebant, uti nunc sunt pilei, qui e pilis compactis, non intextis fiunt.

Drizzari, *dirigere* stari alla dritta *erectum esse*.

Droga, drogheri voces exoticæ.

Dromu, gr. δρόμος *dromos cursus*, Messanę via dicta *dromu* protenditur ad sex milliaria, incipiens ab Urbe versus meridiem, quæ hinc inde palatiis, & villis est referta; intra Urbem verò alia via dicitur *dromu*, olim dicta μεγάλη μαγίστρα ῥῦγα *megali magistra ruga*, idest *magna*, *& magistra via*.

Drudu, drudaria, drudarusu ita indigitamus res, quæ suo nitore nos alliciunt; ab hebr. דוד *dud dilectus*, *amabilis*, atque indito ad sonoritatem *r* fit *drudu*, qua voce venit *amasius*:

Duana, vox saracenica, & significat Palatium Sultani. Vinc. Belluac. lib. 31. cap. 145. *in dovanam*, *idest in domum Soldani eum ducentes*, etiamnum apud Turcas palatium Principis Otomanici dicitur *divanu*.

Dubiu, *dubium* a voce *duo*: dubitare est cum hæremus, e duobus quid eligamus.

Dubrari, *duplare* dicimus de-

re-

rebus; quas plicamus.

Dubruni, clavi mobiles simul juncti, quibus januas aperimus, & claudimus.

Duca, ducatu &c. *dux ducatus &c.*

Duci, ducizza, *dulcis*, *dulcedo a deliciendo*.

Duellu, *duorum* certamen.

Dui, *duo*, gr. δύο *duo*.

Duluri, *dolor*, ab hebr. חולה *bola dolor* addito *r* ad sonum promovendum.

Dumani, *cras*, ideft *de mane*.

Duminica, *dies Dominica*.

Dunari, *donare*, a gr. δῶρον *doron donum*.

Dunca, ital. *dunque* in vita Sancti Hieron. edita Messanæ anno 1473. *adoncba*.

Dundi, *unde*, gr. ὅθεν *othen*.

Dunniarisi, *morari* a voce *dou. ni*, quæ in agendo morosæ sunt.

Dunnisculu, *muliebris*.

Duppia, *dupla*, duppiu duppiiza; *duplex*, *duplicitas*.

Duraca, uva *duracina* a *durando*.

Durbu, *platanus*; arab. *dulb* Dodon.

Durmiri, *dormire*, a gr. δέρμα *derma pellis*, quia in pellibus olim cubabant, vel ab hebr. רדם *radam dormivit* literis inversis.

Duru, *durus*, ab hebr. דור *dor duratio seculum*, hinc transfertur ad duritiem, nam *durabilia*, ut plurimum *dura* sunt.

Duvi, ital. *dove* ex *ubi*.

Duviri, *debere*.

E

E, *Et*, gr. τε *te* pro eodem.

Ebanu, *ebenus*, & *ebenum*, gr. ἔβενος *bebenos*, hebr. הבן *baban* plur. הובנים *bebenim*. Ezech. 27. 15.

Eccediri, *excedere*.

Eccellenti, *excellens* ab antiquo verbo *cello*, quòd remansit in suis compositis *excello præcello*.

Eccettu, *boc excepto*.

Eccettuari, a supino *exceptum* fit verbum *eccettuari*.

Eccidiu, *excidium* a *cedo*, vel a *scindo*.

Eccitari, in sensu irritandi *excito, as* pen. br. a verbo *cito, as*, dici etiam poteſt *excito* pen. long. & erit a verbo *cio*, seu *excio*.

Ecclesiasticu, ab *Ecclesia*.

Ecclissi, gr. ἔκλειψις *eclipsis* ab ἐκλείπω *eclipo deficio*.

Eccu, *eccum*, *ecce*; in Hesych. vox ἐκκακὴ *eccakè* interpretatur ὧδε *bic*.

Economia, gr. οἰκονομία *œconomia domus gubernatio* transfertur ad alia.

Ecu, gr. ἠχὼ *ecbo sonitus*, a ver-

verbo ηχω echo sono al:
Eculeu, *equuleus* cavaddittu.
Ecumenicu, gr. *οἰκουμενικὸς oecumenicòs universalis.*
Edera, *hædera hedera*, vel quòd *hæreat*, vel quòd *edat*, cui innititur.
Edificiu, *ædificium*, ab ædibus faciendis.
Edili, cui *ædium* cura est.
Edittu, *edictum*, ab *edicendo*.
Edizioni, *editio*, ab *edendo*.
Educari, *educare nutrire*.
Efemeridi, gr. ἐφημερὶς ephemerìs diarium.
Effettu, efficaci &c. ab *efficiendo*.
Effigii, ab *effingendo*.
Effluviu, quòd ab alio *fluat*.
Effusioni, ab *effundendo*.
Egregiu, *egregius*, quasi *e grege* electus.
Eguali, *æqualis* ab *aqua*, quæ ita æqua est, ut ejus partes discerni non possint.
Eh, interjectio, *ehe*.
Eja, *eja*.
Elà, olà, *ehus*, *eho*:
Elasticu, *elateriu*, a gr. ἐλαύνω *elauno pello*.
Elefanti, gr. ἐλέφας *elephas* hebr. אלף *alaph bos*. Elefanzia, morbus, qui cutem universam *elephantis* pelli similem reddit.
Eleganti, *elegans* quasi *electus*, eleganza, *elegantia*.
Elegia, gr. ἔλεγος *elegos lamentatio.*
Elegiri, *eligere*.
Elettricità, vis *electrica*.
Elettuariu, medicamen e rebus *electis*.
Elevari, *elevare* a *levando*.
Elica, arbor, gr. ἐρείκη *erice*; a frangendo, nam frangitur potius quám plicatur; ex ea fit carbo ferrariorum; una ex insulis æoliis dicitur *ericusa* corruptè *alicuri* quòd *ericis* sit plena.
Elleboru, gr. ἐλλέβορος *helleboros*.
Elmu, *galea* ignotum etymon.
Elocuzioni, eloquenza, ab *eloquendo*,
Emaciari, *emaciare*, *macies*, hebr. מך *mac*: מכך *macac contabuit*.
Emancipari, dominium *manu capiendo* adquirebatur, unde *manceps mancipium* ita e contra *emancipare* dominium e *manu* abdicare.
Emblema e gr. ἔμβλημα *emblema* vox latissimi usus.
Embriuni, gr. ἔμβρυον *embryon* fœtus utero conclusus.
Emendari, *emendare*, *mendas tollere*.
Emergenza, ab *emergendo* ex aqua, transfertur ad quodlibet infortunium.
Emeticu, gr. ἐμετικὸς *emeticòs vomitorius*.
Eminenza, ab *eminendo*; verbum *emineo* est a *minis*, idest *mœniorum* pinnis, hinc *eminere* est murorum *minas*, seu pinnas superare.
Emisferu, gr. ἡμισφαίριον *hemi-*

misphærion dimidium sphæræ.

Emissariu, emissioni, ab *emittendo*.

Emolumentu, *emolumentum* ab *emolendo*, quod dicitur de frugibus, queis vesci nequimus, nisi molantur, unde *emolumentum* est utilitas.

Emorragia, gr. αἱμοῤῥαγία *hæmorrhagia* sanguinis fluxus.

Emorroidi, gr. αἱμοῤῥοΐς *hæmorrhois* sanguinis fluxus, quin & sedis venæ.

Empiastru, gr. ἔμπλαστρον *emplastron*, emplastrum.

Empireu, *empyreum*, videtur esse græcæ originis, ejus tamen in lexicis nec vestigium, nec vola.

Empirica, medendi ars solis experimentis innixa, Plin. l.29. c.1. *alia factio ab experimentis se cognominans empiricen, capit in Sicilia, Acrone Agrigentino Empedoclis physici authoritate commendato*; gr. ἐμπειρία *empiria* experimentum.

Emponematibus dativus plur. a gr. ἐμπόνημα *emponema*, idest labor rei impensus.

Emporiu, gr. ἐμπόριον, vel ἐμπορεῖον, *emporion* forum.

Emulu, *amulus*, a gr. ἅμιλλα *amilla* certamen.

Emulsioni, ab *emulgendo*, ita dicitur lacteus humor ex seminibus expressus.

Enclitica, *enclitica* vox, gr. ἐγκλιτική *enclitice inclinata*, quia supra præcedentem quiescit, atque accentu proprio amisso, unà cum illâ pronunciatur.

Encomiu, *encomium*, gr. ἐγκώμιον *encomion laudatio.*

Endecasillabu, ab *undecim syllabis*.

Energia, gr. ἐνέργεια *energia* insita cuilibet agendi vis.

Energumenu, part. pass. verbi ἐνεργέομαι *energeomæ*.

Enfali, gr. ἔμφασις *emphasis*, a φάω *phao dico*, propriè *emphasis* est dicere cum majestate.

Emphyteusis, 4. syll. a gr. φυτεύω *phytevo planto, as*, hinc *emphyteusis* dicitur de terra inculta, quæ conceditur ad arbores plantandas, transfertur ad alia, de quibus arborum plantatio non verificatur.

Eni, pro *est*, tertia pers. v. εἰμί, *sum, es, est*.

Enimma, gr. αἴνιγμα *ænigma* oratio obscura, & involuta.

Enormi, idest extra *normam* vagans, *enormis*.

Enti, *ens* participium verbi *sum*; quod elucet in *absens præsens* &c.

Entragni, hisp. *entrañes* intestina.

Entrambi, *ambo*.

Entrari, *intrare*, entrata redditus, qui quotannis *intrat*.

Entusiasmu, gr. ἐνθουσιασμός *enthusiasmòs*, quod est *Deo repleri*.

Enula, *inula* herba, gr. ἑλένιον *belenion*.
Enumerazioni, a *numerando*.
Epatica, *hepatica* herba, vel vena ab hepate, quòd græcè ἧπαρ *hepar*.
Epatta, gr. ἐπακταὶ ἡμέραι *epactæ hemera*, *dies adjuncti*.
ad Ephesios, dicimus *lu dissi ad Ephesios*; item *sù paroli ad Ephesios*. Clem. Alex. ftrom. 5. meminit notarum Ephesiarum his verbis: *Androcydes Pythagoricus literas, quæ vocantur Ephesiæ, vulgo autem valde sunt celebres, dicit locum tenere symbolorum*: meminit item Hesychius dicens: *Ephesia notæ fuerunt antiquitus, postea verò impostores addiderunt & alia .... hæc ergo sacra sunt, & occulta*; hinc liquet notas Ephesias respondere occulto illo loquendi modo, quem vocamus *gergu*, & *ammascatu*, cum id quod dicimus, aliter velimus accipi, quàm verba sonent; quod nos solemus etiam innuere dicentes *parru cu tia, focira, sentimi tu nora*.
Epicediu, ἐπικήδιον *epicedion* carmen funebre.
Nota voces, quæ ab *epi* incipiunt omnes esse græcas.
Epicheja, ἐπιεικεία *epiikia* summi juris remissio.
Epiciclu, ἐπίκυκλος *epicyclos*.
Epicu, ἐπικὸς *epicòs*.
Epidemia, ἐπιδημία *epidemia*, morbus popularis.
Epifania, ἐπιφάνεια *epiphania*, *apparitio*.
Epifonema, ἐπιφώνημα *epiphonema*, *acclamatio*.
Epigramma, ἐπίγραμμα *epigramma*, *inscriptio*.
Epilessia, ἐπιλεψία *epilepsia*.
Epilogu, ἐπίλογος *epilogos*, *peroratio*.
Epiniciu, ἐπινίκιος *epinicios* carmen pro triumpho:
Episodiu, ἐπεισόδιον *episodion*.
Epistola, ἐπιστολὴ *epistole* missa.
Epitafiu, ἐπιτάφιον *epitaphion*.
Epitalamiu, ἐπιθαλάμιον *epithalamion*, carmen nuptiale.
Epitetu, ἐπίθετον *epitheton* *adjunctum*.
Epitimu, ἐπίθυμον *epithymon*, quòd supra *thymum* nascatur.
Epitomi, ἐπιτομὴ *epitome*, *incisio*.
Epoca, cardo quidam temporum, a quo annos numeramus, ut ab *Incarnatione Dñi*, quæ nobis est celeberrima, sicuti Turcis est *Hegira* Machometi, Coptis est *Annus Martyrum*.
Epuluni, *epulo* ab *epulis*.
Equaturi, ab *æquando*, quia cùm Sol ad æquatorem pervenit, dies nocti *æquatur*.
Equestri, *equester* ab *equo*.
Equiangulu, *æquos* habens *angulos*.
Equilibriu, ab *æquandâ librâ*.

Equi-

Equinoziu, eo quòd dies, ac nox *æquatur*.

Equipaggiu, v. paggiu.

Equisetu, *equisetum*, idest *seta equi* herba, quæ suis filis *caudam equi* refert.

Equità, *æquitas* ab *æquando*.

Equivalenti, *æquivalens*.

Equivocu, *æquivocum*.

Era, *æra*, *æ*.

Erariu, *ærarium*, quia primi nummi fuerunt ex *ære*.

Erba, *berba*, gr. φορβὴ *phorbè* pasculum nam herba brutis, & hominibus pasculum est.

Eredi, *hæres*, a gr. αἱρέω *hæreo capio*, nam hæres defuncti bona capit.

Eresia, gr. αἵρεσις *hæresis* ab eodem verbo in sensu *eligendi*, hinc *ereticu* is est, qui diversam opinionem ab ea quam Ecclesia tenet, recipit.

Erettu, *erectus* ab *erigendo*.

Ergastulu, *ergastulum*, gr. ἐργαστήριον *ergasterion* locus erat, in quo servi includebantur ad laborandum, translatè sumitur pro carcere angusto.

Ermafroditu, gr. ἑρμαφρόδιτος *hermaphroditos*, idest Mercurii, qui & Hermes, & Veneris, Aphrodite dictæ filius: nota fabula Hermaphroditi, & Salmacis nymphæ corpora in unum coaluisse, utroque sexu retento.

Ermeticu, ab *Hermete* philosopho.

Ermocidiu, rectè dicitur *erimodicia actio deserta*, gr. ἔρημος *eremos* desertus, δίκη *dice* actio.

Ermu, *eremus*, idest *solitarius*.

Ermudattilu, ἑρμοδάκτυλος *hermodactylos*, idest Mercurii digitus.

Ernia, ernìusu, erniaria, *hernia*, *herniosus*, *herniaria*, a gr. ἔρνος *hernos* ramus, latinè eàdem causâ *ramex*.

Eroi, gr. ἥρως *heros* vir illustris.

Erramu, erramitati, errimia ab *errando*, vel ab ἐῤῥίμμαι *errhimmæ projectus fui*.

Errari, erruri, *errare*, *error*, a gr. ἔῤῥω *errho* abire in malam partem. Hom. Il. Θ'. ἔῤῥε κακὴ γλήνη *errhe cakè glene*, pereas mala puella:

Erta, stari all' erta, ab *erectus* ita clamant excubiæ, ut *erecti* stent, nec dormiant.

Eruditu, *eruditus*; qui incultus est dicitur *rudis*, e contra, qui politus est, & ingenium studiis habet subactum, *eruditus*.

Eruttari, *eructare*, a gr. ἐρεύγω *ereugo* pro eodem.

Esacerbari, *exacerbare*.

Esaggerari, ab *aggerando*, seu *cumulando*.

Esagonu, gr. ἑξάγωνος *hexagonos*, quòd sex angulos habeat.

Esalari, *exhalare*, & primâ literâ abjectâ dicimus *scialari*, scialu &c.

Esaltari, *exaltare* in *altum* tollere.

Esametru; *hexametrum*, quod sex habet mensuras.

Esami, *examen*.

Esasperari, *exasperare*, Liv. ab *asper ando*.

Esattu, *exactus*, ideſt perfectus.

Esaudiri, *exaudire*, ab *auditu*.

Escandescenza, *excandescentia*. Cic. a ſimilitudine ferri *candentis*.

Esclamari, *exclamare* a *clamore*.

Escludiri, *excludere* a *claudendo*.

Escogitari, *excogitare* a *cogitando*.

Escoriari, a *corii* detractione.

Escreari, *exscreare* a ſonitu *scr*, qui *exscreando* ſit.

Escrementu, *excrementum*.

Escrescenza, *excrescentia*.

Esecrandu, *exsecrandus* quaſi e *sacris excisus*.

Eseguiri, *exsequi* ab *exsequor*.

Exempli gratia, latinè.

Esempiu, *exemplum*, ab ampliando, exemplaris enim imitatione, bonitas, quæ in eo elucet ampliatur, ac diffunditur.

Esemplari, Meſſana ultra nobilitatis titulum, quo jam inde a Romanorum imperio fulgebat, hoc etiam nomine inſignita fuit a Philippo IV. Hiſp. & Sic. Rege.

Esenti, ab eximendo; Meſſanenſes Caroli Borbonii Invictiſſimi utriuſq; Sic. Regis, quem Deus ad plura ſecula ſervet incolumem, iteratis decretis antiquiſſimo exemtionis jure fruimur in tota Sicilia.

Esequii, *exsequiæ*, quia poſt funus *sequuntur*.

Esercitu, &c. ab *exercendo*.

Esibiri, *exbibire* vox latina.

Esigiri, ab *exigendo*.

Esiliu, *exsilium*, quia extra proprium *solum*.

Esimiri, *eximere*.

Esimiu, *eximius*, quaſi *exemtus*, & extra ordinem locatus.

Esiſtiri, *exsistere*.

Esitari, *hæsitare* ab *hærendo*; in ſenſu vendendi, eſt ab *exeundo*, nam quæ venduntur, e noſtro dominio *exeunt*.

Esitiali, ab *exitio*, *exitium* verò ab *exitu*.

Esitu, *exitus* ab *exeundo*.

Esofagu, gr. *οἰσοφάγος æsophagos*, quòd per ipſum cibus feratur in ventriculum.

Esorbitanza, *exorbitatio*, eo quod extra *orbitam* ſit.

Esorciſmu, *exorcismus*, a græco *ἐξορκίζω exorcizo adjuro*.

Esordiu, *exordium* ab *ordiendo*.

Esortari, ab *hortando*.

Esoſu, *exosus* ab *odio*.

Espedienti, quia *expediat*.

Esperienza, *experientia*.

Espertu, ab *experimento*.

Espettativa, ab *exspectando*:

Esplicari, ideſt plicas dilatare.

Esplorari, *explorare*.

Esponiri, *exponere*.

Espreſſioni, *expressio* ab *exprimendo*.

Espugnari, *expugnare* a *pugna*, *pu-*

pugna verò est a *pugnis*.
Espurgari, *expurgare*.
Esquisitu, *exquisitus*, quasi *e* multis *quæsitus*.
Essenzia, *essentia*. Senec. epist. 58. *Quid, inquis, sibi ista vult præparatio? quo spectat? non celabo te, cupio, si fieri potest, propitiis auribus tuis* Essentiam *dicere, sin minùs dicam, & iratis, Ciceronem auctorem hujus verbi habeo, puto locupletem, si recentiorem quæris, Fabianum disertum, & elegantem*.
Essiri, *esse*.
Està, *æstas* ab *æstu* hebr. אש *esc ignis*.
Estasi, gr. ἔκστασις *ecstasis*.
Estemporaneu, quòd *extemplo fit*, *extemporalis*.
Estensioni, *extensio*.
Estenuari, a voce *tenuis*.
Esteru, *exterus* ab *extra*, hinc *exterior*, *extimus*.
Esterminari, *extra terminos*, pellere, translatè excidium.
Esternu, *externus* ab *extra*.
Estimari, *æstimare*.
Estinguiri, *extinguere* a *tingo* mergo, *extinguere* verè est de iis, quæ ardent, & in aquam merguntur.
Estirpari, *exstirpare*, *stirpitùs* evellere.
Estorquiri, estorsioni, ab *extorquendo*.
Estrairi, ideft *extra trahere*.
Estravaganti, *vagans extra* seriem.
Estremu, *extremus* ab *extra*.
Estrinsecu, *extrinsecus*.
Estru, gr. οἶστρος *œstros œstrus*.
Estu marinu, *æstus maris* ab *æstuando*.
Esulcerari, *exulcerare* ab *ulcere*.
Esuli; quia *extra solum*.
Esultari, ideft *extra saltare*.
Età, *ætas*, quasi *ævitas*.
Eteri, gr. αἰθήρ *ether*.
Eternità, *æternitas*, *æternare*. Horat.
Eteroclitu, græcè ἑτερόκλιτος *heteroclitos*, ideft *aliter inclinatus*, vox gramm.
Eterodossu, gr. ἑτερόδοξος *heterodoxos*, qui aliam habet religionem.
Eterogeneu, gr. ἑτερογενὴς *heterogenes*, qui alio est e *genere*.
Etesii, gr. ἐτησίαι *etesiæ*, ab ἔτος *etos annus*, venti sunt, qui stato anni tempore spirāt.
Etica, gr. ἠθικὴ *ethice* ab ἦθος *ethos mos*, ita dicitur scientia morum.
Etimologia, gr. ἐτυμολογία *etymologia*, a voce ἔτυμον *etymon verum*, ideft vera vocum ratio.
Etticia, *febris hectica*, gr. ἑκτικὸς *hecticos habitualis*.
Eu, gr. ἐγὼ *ego*.
Evacuari, a *vacuando*, hebr. בקק *vacac evacuavit*.
Evangeliu, græcè εὐαγγέλιον *evangelion bonus nuncius*.
Evapurari, *evaporare* a *vapore*.
Eucaristia, gr. εὐχαριστία *eucha-*

charistia Sacramentum Corporis D. N. J. C.
Eventu, *eventus*, ab *eveniendo*.
Euforbiu, gr. εὐφόρβιον *euphorbion*.
Eufragia, herba *eufragia*.
Evidenza, *evidentia*.
Evitari, *evitare a vitando*.
Eunucu, *eunuchus*, gr. εὐνοῦχος *eunuchos*.
Eziandiu, *etiam*.

F

FAbrica, a *fabro*: *faber* a *faciendo*.
Facchinu, *bajulus*, à *faciẽdo*; facchinata pondus, quantum bajulus ferendo est; translatè de gravi molestia, ac si pondus esset, cui bajulus solùm sufficeret.
Facci, facciata, *facies* a *facio*, ut a specio *species*, ita a facio *facies*. Facciari 4. syll. est in *facies* formare.
Faccifaria, *facie tenus* quidquam fingere, gr. προσωποποιΐα *prosopopœa persona fictio*.
Facciprova, in *faciem* probare.
Facenda, res *facienda*.
Facetu, facezia, *facetus*, *facetia* a *faciendo*.
Facili, *facilis* a *faciendo*, quæ factu sunt levia, *facilia* sunt.
Facinorusu, a *facinore*, facinus verò a *faciendo*.
Facultà, *facultas*, ab antiquo adverbio *facul* pro *facilè*: transfertur ad divitias, quæ omnia reddunt *facilia*.
Facundia, a *fandi* copia.
Fasajani, v. fava.
Fagottu, fangottu; ital. *fagotto*.
Faidda, fraidda, *favilla*, a gr. φάω *phao* æolicè φάυω *phavo luceo*.
Falanga, *phalanga*, & *palanga*; tabula crassa, & longa, græcè φάλαγγες *phalanges* Budæo teste sunt ligna, quibus naves in navali fulciuntur; ita etiam dicitur longa tabula, quæ ex uno capite navi, ex altero terræ adhæret, ut nautæ exscendere possint, hinc vectigal *Falangaggiu*, hinc etiam *Falangana* patina ampla, & oblonga.
Falangiu, *phalangium* aranea venenosa, gr. φαλάγγιον *phalangion*.
Falbu, color equi *flavus*.
Falcuni, *falco* a *falcatis* unguibus; hinc Falcunara castrum Sic. a *falconibus* ibi nidificantibus.
Faldistoriu, sella plicatilis, a voce *faldao*, idest sella brachiis conclusa; v. Dufresn.
Fallaci, fallu, a *fallendo*, quòd a gr. σφάλλω *sphallo supplanto*.
Falò, ignis noctu accensus in lætitiæ signum, græcè φαλὸς *phalòs splendidus*.
Falsettu, quia vocula est *falsa*.
Falsia, falta &c. sunt a *fallendo*.
Fama, *fama*, doricè φάμα *phama*.

Fami, *fames*.

Famici, *fauces* calcei, quæ in corrigias desinunt.

Famigghia, famigghiu, *familia*, *famulus*, esse possunt a *famulando*, vel a gr. *ὁμιλία bomilia cœtus*, vel a *famel* Oscorum voce, qua *famulus* dicebatur.

Fanali, gr. *φανὸς phanòs lucerna*.

Fanaticu, qui & fantasticu, qui phantasiâ, non ratione regitur.

Fandonia, novitas sine certo authore in vulgus sparsa a *fando*.

Fanfarricchia; ex melle igne spissato, ac crebra ictuum allisione in miram albedinem redacto fiunt tortilia levissima æquè, ac suavissima; gr. *πομφόλυξ pompbolyx bulla aquæ innatans*, hinc *fanfarricchia*.

Fanfulicchi, ita Messanæ rurales vocant levissimos, ac tenuissimos sericeos globulos ab infirmo bombyce textos, & nil ipsis magis tritum hac quærimonia, *lu vermu in locu di funniceddu fici fanfulicchi* bombyx pro folliculis fecit pompholygas. Ital. *fanfaluca*.

Fangu, gall. *fange* incertum etymon.

Fantasia, gr. *φαντασία phantasia* a *φαντάζω phantazo* apparere facio.

Fanti, fantisca, fantaria, rectius dicentur *infanti infantisca* [illegible] voce *infans*, qua etiam venit *servus*, [illegible].

Fanu, ignis noctu accensus ad aliquid nunciandum, a gr. *φανὸς phanòs fax*.

Faragghiuni, scopuli prærupti in mari prope Acim. gr. *φάραγγες pharanges scopuli prærupti*.

Farautu, v. Flautu.

Farda, fardellu sarcinæ sunt conglobatæ, germ. *falden* est *plicare*, hinc farda *sarcina plicata*.

Faretra, gr. *φαρέτρα pharetra* a *φέρω fero*, & *τρόω troo vulnero*, nam *fert* tela *vulnerantia*.

Farfalla, *papilio*, gr. *φάλαινα phalæna*.

Farfanti, ital. *furfante* a verbo *forfare*, idest *errare peccare*, hinc farfanti *flagitiosus*, *scelestus*.

Farfara, herba *farfarus*, a fluvio Farfaro, ubi copiosè gignitur.

Farfareddu, puer, qui nunquam nusquam quiescit, ab infinito vulgari *fari* bis replicato, quia nimirum quod *faciat* semper habet.

Fari, infinitum verbi *facio facere*, per syncopen *fari*.

Farina, *farina*, hebr. בר *bar* est *frumentum*, inde latinum *far*, hinc *farina*.

Farrana, furraina; *farrago* a *farre* ut liquet.

Farru, *far*, hebr. בר *bar frumen-*

mentum : *b* in *f* mutari omnes

Farſa, *comœdia*, ita etiam italicè.

Farſata, operimentum lecti a *farciendo*.

Faru, *pharus*, turris a Ptolomęo apud Alexandriam conſtructa, cujus lumen nautas monebat, ne in ſcopulos inciderent: hinc turres, quæ nautis prælucent, *phari* dicuntur, uti apud nos turris *Pharus* ad Pelorum promontorium.

Faſcedda, *fiſcella* vas junceum.

Faſci, *faſces* virgarum faſciculi cum ſecuri, ob jus vitæ, & necis. Meſſanæ Senatus quatuor *faſcibus* utitur.

Faſcia, faſciu, faſciaturi &c. a *faſcia*, vel a *faſcis*.

Faſcinu, *faſcinum*, gr. βάσκανος *baſcanos* mutando *b* in *f*, *faſcinum*.

Faſciola, 3. ſyll. *phaſeolus*, & *faſeolus* legumen notiſſimum.

Faſtidiu, faſtidiri ſunt a *faſtu*, ſeu jactantia, quæ *faſtidium*, & nauſeam creant.

Faſtu, *faſtus* a *fando*, ideſt grandiloquentia.

Faſtuchi, *piſtacia* e nucum genere. Athen. de piſc. *quæ nunc Syri dicunt* piſtacia, *Nicander cum baſpiratione* phiſtacia, *Poſidonius verò* biſtacia.

Fata, fatu &c. *fatum*, ideſt Dei *effatum*, ſeu decretum, Ethnici divinam providentiam tollentes fato omnia tribuerunt.

Fata morgana, mira in acre repræſentatio [illegible] columnarum &c. quæ fit in freto Mamertino ex varia luminis modificatione, ut viſa fuit die 15. Aug. 1643. relata a Kircherio, aliiſque: *morgana* dicitur a germ. voce *morghen dies*, nam interdiu, non noctu fit.

Fatigari, *faticare*, ideſt *affatim*, ſeu ſatis ſuperque *agere*, ac proinde laborare.

Fatta, fattu, fattivu &c. a verbo *facio*.

Fattucchiaria, fattura &c. a verbo *facio*, a quo Hiſpani fecerunt voces ſuas *echizar*, *echizero*, quæ idem denotant.

Fatuu, *fatuus* a *fando*, qui ineptè fatur; vel ab hebr. פתי *pheti fatuus*, פתיות *phetuut fatuitas*.

Fau, *fagus* arbor, gr. Φηγός *phegòs*, a verbo Φάγω *phago* veſcor, quòd hominum primi glandibus faginis veſcerentur.

Fau di meli, *favus*, a gr. ὕφος *buphos* textile, eſt enim opus contextum, & reticulatum.

Fava, *faba*. Heſychio Φάβα *phaba*. Meſſanæ fabæ virides dicuntur *fafajani*, ideſt *fabæ bajanæ*, apud Bajas fabæ ſunt inſignis magnitudinis.

Favara, aquæ ſcaturigo cum impetu ebulliens, arab. Abela f. 28. *Favara ſorgente, che ſcaturiſce quaſi bollendo, perciò detta favara* fol. 73.

fava-

favara , *cioè bollore* .

Fauci, *falx* qua fruges fecantur; hebr. פלח *falac diſſecuit* .

Fauci , *fauces* , ſuperior gulæ pars a *fando* , quòd per eas voces fiant .

Fauda , faudali , faudetta ; ſunt ab ital. falda: german. *faldan* eſt *plicare* .

Fauſtu , *fauſtus* , gr. φαυστὸς *phauſtòs* , quod a φάω *phao dico* : uſurpatur de eo,cui omnes *bene dicunt* , & apprecantur .

Fauſu , pars corporis ubi coſtæ ſpuriæ, ital. *forzo* Ramuſ. t.1. pag.275. *vanno il forzo nudi.*

Fauturi, *fautor* a *favendo* .

Favula , *fabula* a *fando* .

Favuri, favuriri a *favendo.*

Fazzioni , *factio* a *faciendo* .

Fazzolettu , quo faciem tergimus.

Fazzumi , *faciei* lineamenta .

Fecundu, *fecundus,* ideſt faciens abundè .

Fegu , & feu , *feudum* a *fide* ſervando domino *feudi* : vox barb.

Felba , *pannus villoſus* , angl. *felt* eſt *lana* .

Feli , *fel* , gr. χολὴ *chole* idem .

Felici , *felix* , a gr. ἧλιξ *helix,* quod dicitur de florenti ętate.

Feltru a voce *felt* lana .

Fenici , fenicia *phœnix* , *phœnice* regio, v. Bochartum .

Fenomenu,gr. φαινόμενον *phænomenon* a φαίνω *phæno* appareo .

Fenu, *fenum* . Feſtus . *Fenus appellatur terræ fetus,fenum quoque pratorum ab hac cauſa eſt appellatum* .

Fera, *forum* , quia eo merces *feruntur* .

Feraci , *ferax* , *feracitas* a *ferendo* .

Feria , feriatu, *feriæ* a *feriando*, ideſt vacando.

Fermentu , *fermentum* a *fervore* , quem excitat .

Feroci , ferocia , *ferox* , *ferocia* a *feritate* .

Ferra , *ferula* a *feriendo* .

Ferracanu , in Regni Capitulis ſub Frider.III. num.5. vetitum fuit , *ut nemo unquam vocet aliquem injurioſè ferracanum* ; vera lectio eſt *perracanum* , ut in meo exemplari Meſſanæ edito anno 1526. licet in aliis ejuſdem editionis legatur *ferracanum* , & conjicio , ab initio fuiſſe impreſſa aliqua folia cum voce *ferracanum* , cognito poſtea errore , fuit emendatus in *perracanum* Perracanus idem eſt ac *Cani perru* .

Ferru , *ferrum* a *feriendo* , quod omnia *feriat*, & domet .

Fertili , *fertilis* a *ferendo* dicitur de terra pingui , quæ omnia *fert* .

Ferventi, fervuri , *fervens, fervor* a *fervendo,* ut patet .

Feſta , *feſtum* , a græco ἑστιᾶν *heſtiàn feſtum agere* .

Fetu , fetiri , fituſu , *fætor fæteo* &c.

O

&c. sunt a fœtu, seu infantili ætate, quia recenti *fœtu* nil soleat esse inquinatius.

Fezza, *fæx*, quòd vasis fundo sit *fixa*.

Fù ffu, *fi fi* vocula, qua sordida abiguntur.

Fiaccu, *flaccidus* a verbo *flacceo* hoc verò a gr. *βλακία bla-kia*, quæ Hesychio est *μαλακία malacia mollities*.

Fiaccula, *facula* gr. *φάος phaos fax*.

Fiamma, *flamma* a *flatu*, seu vento, quem excitat, ut videmus in officinis fusoriis, quæ ea de causa dicuntur *conflatoria*.

Fiata, dicimus una fiata, dui fiati &c. venit a voce *fiat*, id liquet ex numerorum multiplicatione, nam dicimus 2: *fia* 3: *fà* 6: 4. *fia* 5: *fà* 20. idest numerus 2: *fiat* tribus vicibus, nascentur 6: numerus 4: *fiat* quinque vicibus, nascentur 20.

Fiatu, *flatus* a *flando*.

Fibia, *fibula*, quasi *figibula*. Voss.

Fibra, ita etiam latinè.

Fica, *ficus*, hebr. פגג *fagg*; gr. *συκῆ syke*.

Ficatu, *jecur* hanc vocem Thomassinus deducit ab hebr. פג *phag*.

Ficazzana, vox augment. a *ficazza*.

Ficcari, *figere*, *ficcaloru* is est, qui importunè se rebus ingerit; figendi vox est a græco *πήγω pigo*, lat. *figo*.

Fidi, fidili &c. *fides fidelis* a *fidendo*.

Fiera, fierizza, *fera feritas* a *feritate*.

Figghiu, *filius*, quod a gr. *φίλος philos amicus*, quia patri nullus est magis amicus, quàm proprius filius.

Figura, *figura* a *fingendo*.

Fila, filera &c. a *filo*, quòd res ita sint locatæ, ut *filum* faciant.

Filari, *nere*: est a *filo*, ut patet.

Filettu, *lumbus*, ita dictus, quòd instar *fili* spinæ adhæreat.

Filiari, villici prope Messanam dicunt *filiari lu granu* cùm mense Aprili e segete noxias herbas evellunt, tunc enim frumentum de *filo* ad *filum* perpurgant.

Filici, *filix* herba notissima.

Filici, filicità, *felix*, *felicitas*.

Filicuri, una ex Æoliis insulis, gr. *φοινικώδης phœnicodes* a palmis, quibus abundat.

Filosofia, græca vox amor sapientiæ.

Filtrari, *colare*, dicitur de liquore, qui per pannum *feltru* percolatur.

Filu, *filum*, quòd *bilum*, seu minimum sit, vel a *pilum*, ut patet.

Filuca, *phaselus*, quia subtilis est instar fili.

Filundenti: per quemvis dentem ita dictum textorii pectinis duo ad minus staminis fila trans-

transſeunt; cum verò unum; tunc tela inde confecta dicitur *filundenti*, ideſt unicum ſtaminis filum in quolibet dente habens.

Filza, rerum ſeries per *filum* transjecta, uti ſunt medicorum ſchedæ *ricetti*, quas pharmacopœi per filum traducunt.

Fimmina, *fœmina*.

Fina, finaita, fini, &c. omnia ſunt a *finis*.

Finocchiu, *fœniculum* herba notiſſima.

Fioccu, *floccus*. ideſt *flos*.

Fiorettu, *floſculus*. Fiorettu eſt eſt enſis laniſticus, alio nomine *ſmarra*, eo quòd in acumine habeat globulum inſtar *floris*. Fiorettu de charta ſcriptoria, quia *floris* habet inſigne. Fiorettu de farina, ſaccharo &c. quod munda ſint inſtar *floris*. Fiorettu de obſequio erga SS. Deiparam, quòd illi actio noſtra uti floſculus offeratur.

Fiorinu, moneta *flore* ſignata.

Firiri, firita &c. ſunt a *feriendo*.

Firma, firmari; ſunt a *firmus*.

Firriari, firrialoru &c. hæc verba denotant circuire, quòd græcè eſt περιάγειν *periagin* hinc fuit *perıari*, inde *firriari*.

Firrina, hiſp. *barrena terebra*.

Firrizza, *ſella ferulacea*.

Firruni, ital. *frullone*.

Fiſchía, ita Meſſanæ vocatur lacuna manufacta, Panormi *piſa*; eſt a gr. φύσκη *phyſki uter*, nam aquam continet quaſi *uter*.

Fiſchiu, fiſchiari, friſcu, friſcari, friſcalettu; hæ voces ſunt ex aeris ſibilo, qui cum vehementiùs perrumpitur, nobis ſonare videtur *fis*, vel *fris*. Homerus, ut referret ſibilum ferri candentis extincti in oculo Polyphemi, effinxit verbum σίζειν *ſizin*, quod quodammodo *ſiz*, ſeu ſibilum ſonat; vel erunt a gr. φυσάω *phyſao ſufflo*, quòd *ſufflando* ſibilemus.

Fiſcina, *fuſcina* lancea tricuſpis, qua piſcatores ùtuntur; erit a *figendo*, quòd piſces *configat*, vel ab heb. שן *ſcen dens*, quia *dentata* eſt.

Fiſcu, *fiſcus*, hinc *fiſcella*.

Fiſica, gr. φυσική *phyſicè* a φύσις *phyſis natura*.

Fiſonomía, gr. φυσιογνωμία *phyſiognomia* naturæ cognitio ex vultu.

Fiſſari, *figere*, a gr. πήγω *pigo*, a quo Latini quatuor verba fecere, *pango*, *figo*, *fingo*, & *pingo*.

Fiſſura, *fixura*, barb. a *figendo*.

Fitinzia, a *fœtendo*.

Fittuccia, *faſciola* ſericea, quòd ejus fila ſpiſſa ſint, & quaſi *ficta* a *figendo*.

Fiuri, *flos* a *fluendo*, vel a *flando* quòd odorem efflet; vel ab hebr. פרח *ferac flos*.

Flatu, *flatus* a *flando*.

Flautu, & farautu, flautista &c. a *flatu*, quòd *flatu* sonitum edat.

Flebili, *flebilis a flendo*.

Flemma, gr. *φλέγμα phlegma*.

Flessibili, *flexilis* - *flectendo*, quòd a gr. *πλέκω pleco flecto*.

Flosciu, flosciizza, *fluxus fluxio a fluendo*, metaph. de eo, qui sua non curat.

Flotta, frotta, fudda a Saxonica voce *folc populus*. Dufresn. in voce *folkesmote*.

Fluidu, flussioni, *fluidus*, *fluxio a fluendo*.

Focali petra, *petra focaria*.

Focu, *focus*, a gr. *φώζω phozo* aduro, *torrefacio*.

Fodara, fodaru &c. pro hujus vocis intellectu adducam verba Dufresn. in voce *foderatus* pellitus. *Vox porrò orta, ni fallor, a* fodero, *seu* fodro, *qui enim ad fodrum, sive pabulationem proficiscebantur, inde redibant rebus omnibus instructi, ac onerati, dicebanturque esse benè* foderati, bien fourrez, *quod postea traductum est ad pelles, quibus vestes instruuntur*.

Foddaru, excrescentia cutis a cimicum morsu, seu sanguinis effervescentia exorta, alio nomine *favi*, dicimus *aju lu corpu chinu di foddari*, est a *follera* antiqua moneta; in charta Archiep. Messan. anni 1178. *singulis sabbathis unusquisque singulas ad oleum portabit folleras*.

Foddi, foddia, ital. *folle*, *follia* gall. *fol*.

Fogghia, *folium*, gr. *φύλλον phyllon*:

Foggia, a *facie*: nova foggia, *nova facies*.

Foltu, foltizza, *confertum*.

Fomentu, fomiti, *fomentum*, *fomes* a *fovendo* idipsum autem est a *foco*.

Fonti, *fons* a *fundendo*, quia aquam *fundit*. Varr. l. 4 de l. l.

Fora, *foras foris*, a *foribus*, quæ *foras* aperiuntur.

Fora sia, *foris sit*, Deus avertat.

Foraggiu, a barb. voce *fodrum*.

Forfici, *forfex*, ntra dui forfici, *inter incudem, & malleum*.

Forficicchia, *forficula* insectum. Aldrovand.

Forgia, *fabri ferrarii officina*, gall. *forgie*, hisp. *forja*, ital. *forgia*.

Forma, *forma*, græcè *μορφὴ morphe*.

Formidabili, a *formidine*.

Fornaci, *fornax* a *furno*.

Fornicari, a *fornix*, & quia meretrices in *fornicibus* prostabant, vox translata fuit ad significandam viri cum meretrice consuetudinem.

Forsi, *forsan*.

Forti, fortizza, *fortis*, a gr. *ἑρκτὸς herctos* munitus spiritus asper conversus fuit in *f*.

Fortuitu, *fortuitus* a *fortuna*.

Foru, *forum*, gr. *φόρος phoros* a *ferendo*, eò enim venalia feruntur. For-

Forza, forzari &c. sunt a *fortis*, & sanè fortitudine est opus ad aliquid totis viribus moliendum.

Fosforu, gr. φωσφόρος *phosphoros* portans lumen.

Fossa, *fossa* a *fodiendo*, cujus supinum *fossum*.

Fra, *infra*, vel *intra*.

Fraca, gr. ἀφάκη *aphake* vicia.

Fracassu, *fragor*, & quia ex eo ruina sequitur, translatum ad ruinam denotandam.

Fracidu, fracitumi, *fracidus* a *fraceo*, seu *fracesco*.

Fragagghia, pisciculi, qui sunt in littore, ubi mare *frangitur*: pro *frango* antiqui dicebant *frago*.

Fraganza, *fragrantia*. Serv. in 1. Æneid: *quoties incendium significatur, quod flatu alitur per* l. *flagrat dicimus quoties odor, qui fracta specie major est, per* r. *dicimus fragrat*; hinc liquet vocem esse a *frangendo*, nam *fractione* opus, ut *fragrantia* exhalet.

Fragari, dicimus de mari cùm frangitur ad littus.

Fragata, parvum navigium, quo possis ire etiam ubi mare frangitur.

Fragili. *fragilis* a *frangendo*.

Fraguri, *fragor* a *frangendo*.

Fraidda, *favilla*, a græco φάω *phao luceo*.

Framanti, cosa framanti, *res nova*, & *flammans*, seu splendens.

Frammentu, *fragmentum* a *frango*, quod ab hebr. פרק *farac disrupit*.

Francu, franchizza, *immunis*, *immunitas*. Turcæ, nos omnes Occidentales vocant *Francos* a Francis Galliæ populis, qui Cruce signatorum expeditiones in Orientem adornarunt, hinc franchizza *jus Francorum*.

Franculinu, *attagen* avis, forsan olim venit a Francia.

Frangenti, a *frangendo*, sugnu in frangenti di perdiri la vita, *sum in discrimine ut vita frangatur*.

Frappari, frappuliari, originem habent a verbo *arrappari*, quod est rugas, seu plicas inducere, & ducitur a verbo *rapio* non solùm in primigenio sensu rapiendi, sed etiam in sensu colligendi, & complicandi, *frappari* autem nil est aliud, quam plicas, & rugas secare.

Frasa, gr. φράσις *phrasis* a φράζω *phrazo* dico.

Frasca, frascaria, fraschetta; fraschi sunt arborum rami cum foliis, frutices, herbæ siccæ, quisquiliæ, aliaque hujusmodi, quæ in fasces ligantur, quibus in furnis utimur; quæ communi *frascarum* nomine veniunt; hinc translatæ voces ad ineptias, pueriles ludos, aliaque id generis denotanda.

Frascinu, *fraxinus* arbor.

Fra-

Fraſturnari, ideſt *foras tornare.*

Frataſtu. Arborum ſilveſtrium nomina exeunt in *aſter*, ut *piraſter*, *prunaſter*, *oleaſter* &c. ita factum in cognatis, qui cum ſanguine non ſint juncti, conſanguineorum nomen habent diſtortum, ut *parraſtru*, *figghiaſtru*, *frataſtu* &c.

Frati, ab æolico, gr. φράτηρ *frater*.

Frati, pruna di frati, *pruna Euphrateſia* a flum. Euphrate.

Fraticida, a *fratris cæde*.

Fratta, frattina; idem ſunt ac *fraſchi*.

Frattaria, affrettari, apprettari, &c. ſunt a *premendo*, vel a *præſto eſſe*.

Fraudi, *fraus*, a gr. φράζω *frazo dico*, quòd *fraus* in verbis ſit.

Frauli, *fraga*, a gr. ῥᾶγες *rhages*, qua voce veniunt pulpulæ digitorum, quas æmulantur.

Frazzioni, *fractio* a *frangendo*.

Freccia, friccia, frizza, hiſp. *flecha* ſagitta, erit a filo, quòd ſit filum ligneum cum cuſpide, vel ab hebr. פלח *falac* diſſecuit; יפלח חץ *iphallah chets* diſſecet ſagitta. Prov. 7. 23.

Fremiri, *fremere*, a gr. βρέμω *bremo fremo*, mutato *b* in *f*.

Freneſia, gr. φρενῖτις *phrenitis* mentis delirium.

Frenu, *frænum*, a *fremendo*, quia equos facit *fremere*, vel a *ferendo*, quod eos quò velimus feramus.

Frequenti, frequenza, *frequens*, *frequentia*.

Fretta, a *premendo*.

Frevi, *febris* a *fervore*.

Frica, fricari a *fricando* arab. פרך *farac fricavit*.

Friddu, gr. ῥῖγος *rhigos frigus*.

Friiri, *frigere*, gr. φρύγω *phrygo* idem.

Fringuli, avi la veſti fringuli minguli, a *fimbriis* diffutis vide minguli.

Frinza, *fimbria* hoc verò a *fibra*.

Friſari, friſatura, *capillos comere*, v. friſciu.

Friſcari, friſcalettu, v. fiſchiu.

Friſciu, ital. *fregio*, lat. *phrygium* a *Phrygiæ populis*, qui acu pingere docuerunt, hinc *friſari*, *friſciu* pars architecturæ inter trabem rectum, & coronicem, *zophorus*, quòd olim ibi animalia pingerentur.

Friſcu, eſt a *frigore*.

Friſinga, *fucula*, quæ ad annum non pervenit, vox germ. Voſſ. de vit. ſerm. lat., & Dufreſn. in hac voce.

Friſuni, cavaddu friſuni, *equus friſius*, a *Friſia*.

Frittu, frittata, frittuli ſunt a *frigendo*.

Frivaru, *Februarius*, a Deo *februo* dictus.

Frivulu, *frivolus*, ideſt friabilis.

Frizzanti, pungens ut ſaggitta, v. freccia.

Frolli, *fragilis*; ideſt tener mollis.

Fron-

Frontifpiziu , *frontis fpecies*, feu afpectus .

Frofcia d'ova , *ova fluxa* : alvi dejectiones liquidæ etiam vocantur *frofcia*.

Frugali , *frugalis*, a *frugi*, feu a vefcendo frugibus .

Frugareddu , v. fulfarolu .

Frullari , ab ital. *frullo* .

Frumentu , *frumentum* , hebr. בר *bar* , feu *far* idem , *mentum* eft vocis productio .

Frunda, *frons,dis*, frunduligghi *frondicula* quifquiliæ .

Fruntali, frunti, *frons, tis*, a gr. φροντὶς *phrontìs* , cogitatio, quæ in fronte fit .

Frufciari, eft a *fluxu* .

Frufciu , ludus alearum , cùm chartæ ejufdem fortis fluunt.

Frufculi, dicimus *mali frufculi*. Pontan. in nœn. *Et circum nigris volitat malè fufculus alis* .

Frufta , fruftari , *fuftigatio* , a *fufle* .

Fruftinu , a *fufte* , *fufticulus*, ut a *teftis* , *tefticulus* .

Fruftaneu , ab adv. *fruftra*, effet *fruftraneus* , ut ab *extra extraneus*, tutiùs verò erit *fruftratorius*, *fruftabilis*.

Fruftuftù , Delbonus dicit effe ludum puerilem , vox hæc Meffanæ inaudita , crederem effe a *fuftigando* .

Frutici *frutex cis* .

Fruttu , *fructus a fruendo* cujus fupinum *fruitus* , & *fructus* , vel ab hebr. פרי *feri fructus*.

Fu fu , ita fordida abominamur.

Fucili, a *foco*,fucina *ultrina* , fucuni fpiraculum fclopi a *foco*.

Fudda , v. flotta .

Fuddittu , fpiritus , qui domos illufionibus infeftat , a gall. *folet* .

Fudduni , granciu fudduni , Veneti *cancros porros* dicunt .

Fuga , fuiri &c. *fuga fugere* a gr. φεύγω *pheugo* fugio .

Fugghiettu , parvum *folium* .

Fulanu , ita aliquem innominatum dicimus ; heb. פלני *phloni* idem .

Fuligini , fuliina , *fuligo* ; in Hefychio eft ἠλίγνυς *elignys* , quod ipfi eft καπνὸς *fumus*; fi fermo eft de aranearum telis , vox *fulinia* erit a *filis* , quibus conftant, & rectius diceretur *filinia* , ut Meffanæ dicimus .

Fulmini , *fulmen* a verbo *fulgo* , pro quo eft *fulgeo* , cujus fupinum eft *fultum*: a *fultum* , eft *fulmen*,ut a fupinis *notum*, *flatum* eft nomen, *flamen* .

Fumaria , *fumaria* , & *fumus terræ* , quòd lachrymas excitet ut fumus .

Fumentu , *fomentum* a *fovendo* .

Fumiari , *fumigare*, græcè θυμιάω *thumiao* fuffio , odores incendo , littera θ æolicè verfa fuit in *f* , hinc fumiao , hinc etiam *fumus* .

Fundacu , ital. *fondico* , quia mercium *fundus* eft , nobis verò fundacu eft *caupona*, feu ftabulum.

Fun-

Fundaria, fundiri a *fundendo*, his vocibus utimur, cum sermo est de metallis liquandis.

Funebri, funerali &c. *funebris funeralis* a *funere*: Funus verò erit *a furvus*, idest *niger*, nam in funere omnia sunt *nigra*, vel a *funalibus*, quæ in funere accenduntur, vel a φόνος *fonos* cædes.

Fungia, *fungus*, a gr. σπόγγος *spongos*, nam *fungus* est *spongiosus*.

Funiceddu, Messanæ vocatur globulus, quem bombyx texuit, lat. *folliculus*, est enim vacuus, & inflatus instar parvi *follis*.

Funtana, *fons*, quia aquam *fundit*.

Funzioni, *functio* a *fungendo*.

Fur, quidam chartarum ludus, alio nomine *cangiu*, quia chartas cum vicino permutare licet, ab hebr. פור *phur sors*, quia in hoc ludo nullus ingenio locus; totum verò a *forte* dependet.

Furbu, furbaria &c. hæ voces denotant dolos, ac versutias, quibus nebulones utuntur; erunt a *furvus* niger, obscurus, nam horum dicta, factaque obscura sunt.

Furca, furchetta, *furca*, *furcilla*.

Furcuni, *longurio*, hinc furcuniari, est aliquid longâ perticâ movere.

Furcri, *emissarius*, qui ex urbe *foras* emittitur ad hostium motus explorandos.

Furesta, *saltus*, *nemus*, a *feris* est illi nomen. Ockamus a Dufresnio allatus in voce *foresta*. *Foresta est tuta ferarum mansio, non quarumlibet; sed silvestrium, hoc est ferarum statio*; hujus nominis est terra in nostro Regno, non a *floribus*, ut ego credo, (nam dicunt Floresta) sed a *feris*.

Furettu, gall. *furet*, lat. *viverra*.

Furia, furiusu, fururi &c. *furia*, *furor*, *furiosus*.

Fursi, cum acc. in pen. dicuntur 48. casalia prope Messanam, quia foris Urbem sunt.

Furisteri, qui aliunde idest *foris* advenit.

Furma, *forma* a *formando*, a græco μορφὴ *morphè* literis transpositis.

Furmaggiu, *caseus* ita dictus, quòd in ligneis *formis*, seu fiscellis *formetur*.

Furmica, *formica*, gr. μύρμιξ *myrmix*, æolicè βύρμαξ *vurmax*, & *b* in *f* converso *furmax*, hinc *furmica*.

Furnu, *furnus*, quasi *furvus*, a nigrore quem habet.

Furniri, furnimentu, voces barbaræ, quarum etymon Dufresnius ducit a *furno*, quod mihi non probatur, potius erit a *fine*, seu *perfectione*, quare *furniri* propriè erit *finem*, seu

seu supremam manum imponere.

Furraina, *farrago* a *farre*, quod hebr. בר *bar*, seu *far*.

Furticchiu, veriùs *verticchiu* verticillus, cujus pondere fusus *vertitur*.

Furtu, *furtum* a *furando*.

Furunculu, *furunculus*, a lat. *porus*, a quo *porulus*, inde *porunculus*, hinc *furunculus*.

Fuscu, *fuscus*, a gr. φώσκειν *phoskin*, quod Hippocrati est *ustulare*, quæ enim uruntur ex albis *fusca* fiunt. Voss.

Fusioni, *fusio* a *fundendo*.

Fusta, navicula oblonga, quòd instar *fustis* sit.

Fustanu, *cyclas*, *palla muliebris*, ab hebr. פשתה *phista* linum, ita ut *fustanu* propriè sit vestis linea.

Fustaria, rusticis est locus, in quo linum ferventissimi Solis radiis torretur, ut ejus lignea fibra mangano comminui possit, & decuti; hinc eisdem est verbum *fustariari*, idest linum ad Solem torrere, ab heb. פשתה *phista* linum.

Fustu, adminiculum ligneum, circa quod stupa obvolvitur, ut externæ partes sustententur, alio nomine dicitur anima, est a lat. *fustis*.

Fusu, *fusus* a *fundendo*, nam filum fundit.

Futtiri, vox obscena, *futuere*, ab hebr. פות *photh pudendum muliebre*.

Futuru, *futurus*, *a*, *um*, ab antiquo verbo *fuo*, a quo voces mutuatur verbum *sum*.

G

Gabbari, gabbu, *decipere*, *deceptio*, ignotum mihi undenam sit.

Gabella, *vectigal*, ab heb. גבל *gabal terminavit*, seu *terminus*, eo quòd vectigalia in ditionis finibus persolvantur, vel a rad. קבל *kibal accepit*, *recepit*, quod a ministris publicis recipiatur, sicuti ex eo quòd *detur*, vocatur *datium*.

Gabinettu, vox dimin. a capanna, v. capanna.

Gabiuni, vox augment. a *gabia*, latinè *cavea*.

Gadda, *galla*; Vossio est a gr. βάλανος *balanos* glans.

Gaddazzu, licet ex forma videatur denotare gallum majorem, propriè tamen nobis est *scolopax*, ital. *beccaccia*.

Gaddetta, Messanæ dicitur situla ex asserculis constans, qua aquam haurimus; vox hæc invenitur in Dufresnio in v. *galo*, & denotat mensuram quamdam vinariam, uti elucescit ex exemplis ibi relatis „ *Galetæ vini 24. pro arpenno vineæ redditæ*; & *aut galleta*

P

leta, *aut calices sitientibus porrigantur*; alia mitto.

Gaddu,& jaddu, *gallus*, ejus nomen est a barbulis, seu paleis, quæ ei sub mento dependent, quæ græcè dicuntur κάλλεα *callea*, quare *gallus* idem sonat, ac *barbatus*.

Gaffa, ferrei clavi genus, quo portæ, fenestræ, aliaque hujusmodi instruuntur, ut commodè versari, ac circumagi queant, ex hebr. אגף *agaph ala*, quòd motui promovendo instar *alæ* sit.

Gagati, & agata, *gagates* lapis.

Gagghia, qui vendunt carnes in macello, nummos injiciunt in capsam ligneam, hanc vocant *gagghia*, & qui nummos colligit, dicitur *gagghieri*, voces deductæ a *cavea*: olim nummi in *fiscella* servati, unde *fiscus*.

Gagghiardu, anne erit a voce *valurusu*?

Gaggia, *cavea*, hinc ingaggiari, in *caveam* immittere, transfertur ad *carcerem*.

Gaglioffu, idem est ac *galiotu nebulo*.

Gaju, versicolor, a gr. γαίω *gajo glorior superbio*, hinc *gaju* is est, qui præ corporis ornatu superbit.

Gala, galanti &c. Franciosinus in Diction. hisp. *balagàla è un modo di dire, che significa grande allegrezza, e giubilo, ma è vocabolo usato ne' contadi*, forsan hinc erunt hæ voces; vel ab hebr. כלל *calal perfecit*, unde כלה *cala sponsa* quia perfecta. & *ornata* est.

Galassia, gr. γαλαξίας κύκλος *galaxias cyclos lacteus circulus*; vulg. *via lattea*.

Galateu, liber urbanos mores edocens, ita dictus a nympha *Galatea*.

Galati, rus prope Messanam; quin & terra in Messanensi ditione, nomen habet a lacte, quod gr. γάλα *gala*.

Galattiti, lapis *galactites* a lacteo colore.

Galbanu, *galbanum*, gr. χαλβάνη *chalbane*, heb. חלבנה *chelbene*.

Galbu, v. garbu.

Galera, pro vocis etymo sint verba Philippi Pegafetta relata a Dufresnio in voce *Galea*. *Il pesce spada, del quale ho preso conoscenza a Costantinopoli* (Messanæ si fuisset longè plura scivisset) *hà nel muso una spada più d'un braccio lunga, che si confà col becco della Galeotta Vascello, onde Eliano, che fù persona militare, ponendo forse mente a ciò, avvertisce nel* 14. *libro degli animali cap.* 23. *che quella spada così nel muso postagli, somiglia al becco d'una trireme, usando massimamente la trireme di ferire con lo sprone il nemico, a guisa del pesce spada: le pinne, che il pesce* galeotis *tiene nel ventre*

tre di quà, e di là, disegnano li remi della galeotta Vascello, e la coda parimente di quel pesce rappresenta il timone, & la poppa, usando gli antichi Greci di chiamar la poppa de' navili coda.

Galessi, currus est parvus binis rotis instructus, cursui aptissimus, alio nomine *volanti*, *passavolanti*: est a lat. *celox*, idest navigium miræ velocitatis.

Galimbu, fabri murarii lignum, vel tabulam, quæ non sunt plana, sed in medio subsidunt, ut in opposita parte gibbus emineat, dicunt esse *galimbu*, est a gr. κολυμβάω *colymbao aquas subeo, demergor*, hinc *galimbu* idem est, ac subsidens

Galla, veniri a galla, idest supernatare, hujus vocis origo est a voce ital. *gallozza*, qua venit vesicula aquæ innatans, quæ excitatur a pluvia vehementi.

Gallería, longa porticus, in qua visendæ exhibentur picturæ, statuæ, aliaque raritate sua, vel artificio miranda, vox desumta videtur a voce *Galera*, quam longitudine æmulatur.

Gallicarum jus, passim occurrit in actis publicis. Ex antiquo more fuit, ut alicujus negotii sequester, qui operam suam illi ad exitum perducendo locasset, laboris jure par calceamentorum consequeretur, unde natum illud adagium; *cui caminá non strudi scarpi*, hoc ergo est jus *caligarum*, vel *gallicarum*, utro enim modo scripseris, optimè scripseris; nam calceamenta *caligæ* vocantur; *gallicæ* etiam sunt calceamenta, quæ pluvio tempore Gallis usui erant. Aul. Gell. l. 13. c. 20. Domino ergo rem suam ad emphyteusim concedenti dabatur par *gallicarum*, seu *caligarum* pro labore impenso in concessione facienda, ut signanter legi in concessione quadam in actis Not. Thomæ Andriolo Messan. 15. Maji 1417. in qua dominus utilis tenebatur suo directo solvere unciam auri unam *pro pari uno caligarum*.

Galluni, tænia ex auro, vel argento, qua vestes ornantur, a gr. κάλλος *callos* ornatus. Hisp. *agallones* vocant globulos argenteos vacuos, quos ornatûs loco vestibus assuere solent. Franciosinus.

Galoffaru, est aroma *caryophillum*, est etiam flos notissimus ab odore, quem caryophillo aromati similem efflat, ita dictum; quin hoc nomine vocatur præalta turris in margine portûs Messanensis, in qua 24. lampades accenduntur, quibus nautæ admonentur, ne incidant in Charybdim, gr. καλόφαρος *calopharos*, idest

bonum lumen, vox verò ipsa *galoffaru* translata fuit ad denotandum Charybdis vorticem.

Galoppu, curriri di galoppu, a gr. κάλπη *calpe* cursûs genere, cujus meminit; Pausan. Æliac. lib. 1. κήρυγμα ἐποιήσαντο μήτε κάλπης τȣ̃ λοιποῦ, μήτε ἀπήνης ἔσεσθαι δρόμον. *Edixerunt ne impofterum* calpes, *neque mularis vehiculi futurum cursum*; ex *calpe* fit *galoppu*; in Hesychio vox κάλπις *calpis* exponitur ἵππος βαδιστὴς *equus cursor*.

Gamba, & jamba, *crus*, a gr. καμπὴ *campè inflexio*, quòd ibi fit inflexio tibiæ, partem sumendo pro toto, vel ab heb. עמד *gamad columna*, est enim corporis columna; gambottu radius rotæ a similitudine cum *gamba*.

Gambaut, cultellus recurvus, quo Chirurgi utuntur, nomen est a flexione, seu curvitate, a gr. κάμπτω *campto curvo*.

Gana, hisp. *gana* pro eodem gr. γάνος *ganos gaudium*. Henr. Steph.

Ganga, v. janga.

Gancia, vox usitatissima, etymon verò minus obvium. Dufresn. *Gangia occulta loca, & subterranea. Gangagia Græci vocant, ita gloffæ m. ss.*

Ganciu, *uncus uncinus*, a gr. ἀγκὼν *ancon flexura curvatura*,

Ganimedi, nomen proprium ex Poetarum fabulis, transfertur ad eos, qui formam ostentant.

Gara, *æmulatio*, est a *garriendo*, qui enim invicem certant non factis modò, sed & verbis contendunt, *garriendi* verò verbum est a dorico γαρύω *garyo*, quo usus noster Theocritus, quin & apud Hesychium habemus γαῤῥιώμεθα *garrbiometha*, quod exponitur λοιδορȣ́μεθα, *conviciis proscindimur*.

Garamuni, forma est cujusdam latini characteris; forsan jucũdum erit lectoribus scire nomina typorum, quibus officinæ utuntur, en illa. *Canon grosso*, quo Canon Missæ imprimitur, *Canoncino* minori formâ, *Testo grosso*, *Ascendonica*, *Parangone*, *Soprasilvio*, *Giubilate*, *Silvio*, *Antico commune*, *Filosofia*, *Garamone*, *Garamoncino*, *Testino*, *Non pariglia*, quòd pro sua exilitate, quasi ad oculum *non pareat*, & typographi uno tantùm mense per annum illo utuntur.

Garantiri, garanzia &c. barbara verba ex voce *guarant*, quę in lexico Cambro-brittannico redditur *assertor*, *vindex*, hinc *garanti* ille est, qui aliquem tuetur.

Garbu, garbatu, a lat. *galbus*, idest *color viridis*, seu *glaucus*; unde *galbinas*, & *galbineus*,

deus: quia verò molles, & effœminati, ait Vossius in voce *galbus*, galbanis vestibus utebantur, inde *galbanos* mores pro effœminatos dixit Martialis lib. 1. Epist. 97.

Fuscos colores, galbanos habet mores.

hinc vox garbu denotat effœminatorum incessum, & mores.

Gargarizzari, ita & latinè, gr. γαργαρίζω *gargarizo*, videretur vox ficta a rumore *gar gar*, quem gargarizando edimus, nisi esset ab heb. גרר *garar guttur*, & geminata initiali litera גרגר *gargar*, ut est illud לגרגרתיך *legargaroteca gutturi tuo*. Prov. 1. 9.

Gargia, ital. *gorga*, lat. *gurgulio*, gr. γαργαρεὼν *gargareòn* hebr. גרגר *gargar*.

Gargiola, pro *carcere* dicas *gaggiola*; dimin. a *gaggia*, cavea.

Gariddi, & jariddi sunt pituitæ ad oculi canthos ex lippitudine concretæ, vox erit ab hebr. ירד *jarad descendit*, eo modo quo oculi morbum dicimus *discensu*; vel a מרוד *marud* plantus ploratus a rad. רוד *rud ploravit* in *Hiphil*. nam est lacryma ibi exsiccata.

Garifu, garifeddu has voces Delbonus ita explicat: *Garifeddu filetti d' erbetta tenera*; *Garifu fili d'erbetta tenera, che spuntano dopo le prime acque*. In dramate cui titulus: *Le fortunate disavventure, seu Masi finto principe*. Act. 4. Scena 14. Masus ita loquitur: *Si tratta ca li putrazzi currinu a lu xianu di lu galifu, comu li gatti a lu primuni*. Pro vocis etymo memini in Hesychio legisse ἀλιφοβίυς πένητας, idest *Aliphobii idem est ac pauperes*; ita ut Aliphobii illi essent, qui *alipho*, seu *galipho* vivunt; equidem scimus tenerrimam farraginẽ, quę idem est ac *galiphus* mulis præberi, ut eorum corpora, diluto hoc, ac penè aqueo pabulo laxentur, & purgentur, quare vocem *galifu* deducerem ex verbo ἀλείφω *alipho ungo illino*, ac si *galiphus* nil esset aliud, quàm interna animalis unctio, seu laxatio.

Garra, garrettu, garruni, gall. *jarret*, idem est ac *tibia*. Dufresn. *Garrotus spiculum arcus balistarii*, hinc patet, *garrettu* idem esse, ac tibiam, quòd instar spiculi fit; ex hac voce sunt verba *sgarrari*, *sgarrettari*, *sgarrunari*, quamquam etiam ab hebr. rectè deduxeris a radice גרר *garar* succidit, nam sgarrari, & sgarrettari, idem est ac *poplites succidere*.

Garrisi, vox usitata in plana My-

Mylarum; Dufresnio *garrici* est terra inculta, a græco χέρσον *cherson incultus*.

Garzu, *amasius*, garzuni puer, seu servus, hinc ingarzatu vox gallica.

Gastima, idest *guasta stima*, pari ratione, ut a Græcis dicitur βλασφημία *blasphemia* ἀπὸ τοῦ βλάπτειν τὴν φήμην eò quod famam lædat.

Gastari, gastu &c. v. guastari.

Gatta, animal notum, lat. *felis*, & *catus*: *cati* nomen a solertia, *catus* enim idem est ac *prudens*; vox verò *catus* est a *cavenao*, & quám benè *cati* nomen feli conveniat, nemo est qui nesciat.

Gattu gattu, dicimus *si nd' andau gattu gattu*, inde abiit *cautissimè*.

Gattuni, sunt fulcra submissa podiis, quæ in prospectu habent faciem *cati*; Messanæ vocantur *cagnoli*.

Gaudiu, *gaudium*, a dorico γαθέω *gatheo*, *gaudeo*.

Gavita, idem est, ac *vacua*.

Gavitari, a P. Delbono exponitur *vitare*, vox mihi inaudita.

Gazana, & zana, ita nobis dicitur *armorium*, ex hebr. חסן *chasan thesaurus* contentum pro continente.

Gazara, idem est ac *jubilum plausus*. Abela pag. 71. in fine, *gebel, el ghzara montagnuola del giubilo*; *ghzara vien chiamato quel grido de' soldati vittoriosi nelle battaglie per qualche vittoria ottenuta*. Matth. Vill. *e con grande festa, e gazarra questa utile preda al bisogno della Città, misono in Messina*. Constit. M. Ant. Columnæ: *Non portino dentro di luoghi habitati gli archibugi, nè schiopette parate, eccetto che per occasione di far gazara*.

Gazzu, vox mihi inaudita, Delbonus explicat *chi è di vista corta*, etymon non elucet.

Gebbia, *lacus lacuna*, heb. גבא *gebba* idem.

Gelu, *gelu*, a gr. γέλας *gelas* splendor, nam gelu album, & splendidum est.

Gelsuminu, *jasminum*.

Gemelli, montes Siciliæ prope Castellum Bonum: penes me est m.s. quoddam Franc. Maurolyci ab ipso conscriptum, in cujus fine ita legitur: *In arce Castelli Boni sub marone monte, gemellisque collibus, mense Junio* 1550.

Gemellu, & ghemiddu, *gemellus*, & *geminus*.

Gemiri, gemitu, *gemere*, *gemitus*, a gr. οἰμώζω *æmozo ploro*, hinc οἰμωγὴ *æmoge* gemitus.

Gemma, *gemma*, a gr. γέμω *gemo*, idest *plenus sum*: propriè est de arborum gemmis cum turgescunt.

Generari, *generare*, a gr. γένος *genos*, unde lat. *genus*, ge-

genituri, generazioni &c. ab eodem.

Genesi, primus Moysis liber gr. γένεσις *genesis*, in quo mundi nativitas refertur.

Genitivu, casus *genitivus* quasi genitus a nominativo.

Geniu, *genius*, ab antiquo verbo *geno*, pro quo est *gigno*, quia quodammodo cum homine gignitur.

Genti, gentili &c. *gens*, *gentilis* a *gignendo*.

Genu, *genus* a *gignendo*.

Genuflessioni, a *genuum flexione*.

Genuinu, *genuinus* a *genere*; est & nomen nummi a Rep. Genuensi cusi.

Geografia, γεωγραφία *geographia* terræ descriptio.

Geometria, gr. γεωμετρία *geometria* terræ mensuratio.

Georgica, *georgica*, *orum*, a gr. γεωργικὸς *georgicòs* ad terrę culturam pertinens.

Gerarchia, gr. ἱεραρχία, idest facer principatus.

Gerbu, terrenu gerbu, *acerbus* terra non subacta.

Gergu, gargia gorgia, a radice, hebr. גרגר *gargar guttur gergu* vocamus idioma fuscum, seu obscurum, quod fit litteris in gutture sonantibus; translatè verò dicimus de occulto loquendi genere, quod aliter dicitur *furbiscu*.

Germanu, & jermanu, frumentum e Germania advectum, lat. *secale*.

Germogghiu, germogghiari. *germen*, *germinare*.

Geroglificu, gr. ἱερογλυφικὰ *hieroglyphica*, idest *sculpturæ sacræ*.

Gerundiu, *gerundium*, nec ipsi Grammatici sciunt quare sic dicatur.

Gesecçà, tres voces in unam coalescentes, idest *Gesù sia ccà*, *Jesus huc adsit*.

Gesolfaut, vox musicorum habens notas *ge sol fa ut*.

Gestili, *gestus* a *gerendo*, actus ille, quo se Orator in dicendo gerit.

Ghermitu, *herbarum fasciculus*, ab ital. *ghermire accipere*.

Ghettu, locus clausus ubi Judæi a Christianis seorsim habitant; ex chald. גת *gheth*, sive גית *ghit grex*, quod ipsis mandræ, & caulæ loco sit.

Ghianda, ghiandula, *glans*, *glandula*. Vossio est a dorico γάλανος *galanos*, unde *glans*.

Ghiara, *glarea*. Vossio est a χλαρὸν *chlaròn lapillus*, & sanè lapilli *glarea* sunt.

Ghiditu, *digitus* syllabis transpositis.

Ghimbu, & imbu, *gibbus gibber*. hebr. גב *gab gibbus*.

Ghimmisi, optimè dicit Delbonus vocem hanc significare debere *medietatem*, est enim ex gr. ἡμίσυ *hemisy*, *dimidium*, quòd autem a Siculis usurpetur pro *amplius* ignoro, nam hanc

hanc vocem numquam audivi.

Gghiombaru, *glomus*, ab hebr. גלם *galam*, *involvit*.

Ghirlanda, v. giurranda.

Ghiuttiri, *gluto* a *glutiendo*.

Già, *jam*.

Giaccu, *lorica* vox barb. *jakque* v. Dufresnium.

Gialinu, *luteus color*. Vossius deducit ex gr. ὑαλὸς *hyalòs vitrum*, attamen hoc mihi non arridet, quid enim vitreus color ad luteum? potiùs erit a calamis, seu cannis, quarum color diceretur *calamineus*, hinc gialinu.

Gialumina, lapis *calaminaris*, cujus color similis est colori *calami*.

Giamberga, v. giamberluccu.

Giamberluccu, vestis, quam aliis superimponimus. Taverner. in relat. palat. Otoman. cap. I. ait: *il Chokodar porta la veste Regia detta Giamberluc*: hinc erit alia vestis dicta *giamberga*.

Giannettu, quasi *binnettus* ab *binnus*, græcè γίννος *ginnos* equus parvus.

Giardinu, est a voce *garda*, vel *Warda*, Anglis *custodia*, hinc verbum *guardare*, aliaque, *giardinu* est hortus custoditus.

Giarra, ignotum etymon.

Giarretta, Maurol. *Jarretta fluvius agri Catanensis, qui & Teria, dictus, quia scaphâ, quam vulgo jarrettam vocant, trajiciatur*.

Gibillina, terra Siciliæ, ex arab. גבל *gibel mons*; forsan erit in monte sita.

Gibilrussa, mons Siciliæ ex arab. גבל *gibel mons*, & ראש *ros caput*:

Giganti, *gigas*, ita græcè, quasi γηγενὴς *gegenes a terra genitus*.

Gigghiu, *lilium* flos: faciei pars *supercilium*, quod venit a gr. ἰλλὸς *illòs oculus*; gigghiu est etiam apex allii, & cæparum cùm germinascunt, græcè γελγίδες αἱ τῶν σκορόδων κεφαλαὶ, ideft *gelgides sunt alliorum capita*. Hesych.

Gileccu, *thorax*.

Gilusia, gr. ζηλοτυπία *zelotypia*, gilusia etiam est fenestra clathris munita, venit a zelotypia, ne fœminæ alienis oculis pateant.

Ginocchiu, *geniculum* a *genu*; ginucchiarisi *genua flectere*.

Ginuisi, pro homine parco, est a moribus *Januensium*, qui parsimoniæ student.

Giocali, v. gioja.

Giocu, *jocus* a *jocunditate*.

Giogghiu, *lolium*, quasi δόλιον *dolion*, ideft adulterinum, quia e corrupta segete nascatur.

Gioja, *gemma*. Salmasius ad Solinum vocem hanc deducit ex arab. *johar*, ideft *gemma*, hinc *giocali*.

Gioppu, Fr. Capuccini pro globulis precariis habent semina

lithospermi vulgò *gioppa*; quasi fuerint *Jobi* lacrymæ.

Giovedì, *Jovis dies*.

Gioventù, *juventa*, *juventus*, a *juvene*; ut patet.

Gioviali, *jovialis* a *Jove* planeta.

Girandula, rota igne versatilis a *gyrando*.

Girasuli, *heliotropium*, quòd ad *Solis gyrum* moveatur.

Giravota, a *gyrum vertendo*.

Girialettu, quòd lectum *gyro* ambiat.

Giru, girari, a gr. *γῦρος gyros*.

Girbuniscu, parrari girbuniscu, obscurè loqui, ut insulani *Gerbenses*.

Giruni, assumentum vestis *gyro* assutum, ad *gyrum* ampliandum.

Giruppa, phaselus longior; barb. *gryppus*.

Gistra, *cista*, gr. *κίστη ciste*.

Giubba, vestis exterior, cujus meminit Achmet in Onirocr. cap. 228. ἐκ τῶν περσῶν καὶ αἰγυπτίων περὶ τζύπης, idest *de veste Tzupa ex interpretatione Persarum, & Ægyptiorum*:

Giubileu, *jubilæus*, ab hebr. יובל *jobel buccina*, quâ canebatur anno quinquagesimo & tunc servis libertas, & loca vendita primo domino restituebantur.

Giubilu, *jubilum*, ab heb. יובל *jobel* buccina.

Giucari, *jocare* a *joco*.

Giucèu, ubi gallinæ per noctem cubant, est a *jacendo*, ibi enim *jacent*.

Giucundu, *jocundus* a *joco*.

Giudici, *judex*, quia *jus dicit*; hinc giudicari, giudiziu &c.

Giufà, ita vocamus hominem ineptum, vox est decurtata ab integra *Giuvanni*.

Giufalè, puerilis ludus ita expressus: duo pueri nucibus avellanis sic jocantur, ut unus pugno clauso quot voluerit avellanas occultet, & socio suo dicat *Giufalè*, cui hic respondeat, *chesportè?* tum ille subjungat, *quantu lanzi?* hic verò divinando dicat *sex*, *octo* &c. jocus iste ex verborum accentu videtur esse e gallicis vocibus conflatus, ut *Giufalè* sit *Giu vallet*, idest *joca puer*; *chesportè* denotet *quid portatis?* alter dicit *quantu lanzi?* idest *quantas lanceas?* scimus pueros, seu servientes armorum portasse dominorum lanceas.

Giuggiana, acqua giuggiana; idem est ac, *acqua gocciana*; guttatim stillans.

Giuggiulena, Crusca in voce *Sisamo*. *Sisamo seme di pianta, che a noi viene di Sicilia, per altro nome detto giuggiolena*; vox est arabica. Bochart. in hierozoico lib. 6. cap. 15. num. 11. *gilgiolam sesami genus*.

Giugnettu, mensis *Julius*, galli *juillet*.

Giugnu; mensis *Junius* à *juventa*.

Giuittu, lapis nigerrimus, qui inter gemmas numeratur, gemmæ nobis dicuntur *gioji*.

Giuliu, moneta a Pont. Julio percussa; ut alia a Paulo dicta *Paulu*.

Giulivu, *jovialis*, gall. *joli*.

Giumbu, *umbella*.

Giummara, corda di giummara, seggia di giummara, vox Messanæ inaudita, a P. Delbono exponitur *corda di cerfaglione*, siculè *ciafaggbiuni*: ab arab. *gemmar*. P. Massa in Sicilia in prospettiva loquens de monte S. Calogeri ait: *s'appella ancora* mons gemmariarum *con voce tolta dalla dizione moresca* gemmar, *la quale significa palma silvestre*.

Giunchigghi, veriùs *conchigghi*, *flores narcisi*, quia in medio *conchulam* habent.

Giunta, giuntari, ab *adjungendo*.

Giurana, *rana*, in arabica paraphrasi Pentateuchi edita ab Erpenio, *ranæ* constanter vocantur *giran*.

Giurari, *jurare* a *jure*.

Giurati, *jurati patres*, qui Reip. bono jurare tuentur.

Giurisdizzioni, *jurisdictio*.

Giurlanda, si non erit a *gyrando*, pro etymo nil aliud occurrit, quàm id, quod legi in Dufresn. in voce *grilliones* pedicæ, compedes, Hispanis *grillos*, citat author observ. Aragoniæ tit. de contumacia, *si incartatus captus fuerit, cum catena in collo, vel* grillionibus *habet stare juri*; forsan a *grillione* erit *grillanda*, unde *giurlanda*.

Giusta, adverbium *juxta*.

Giustacori, quia *juxta cor* locatur.

Giustra, monomachia. gall. *joust*

Giustu, giustizia, *justus*, *justitia* a *jure*.

Glastu, *glastum*, gr. ὑαλὸν *byalon vitrum*, eo infectores utuntur, ut hyalinum, idest vitreum colorem inducant, *glast* Germanis est *vitrum*.

Globu, *globus*, ab hebr. גרף *garap convoluit*; literam *r* in *l* converti, liquet ex his vocibus *castellum*, *rastellum*, *flagellum*, quæ veniunt ex *castrum*, *rastrum*, *flagrum*.

Gloria, *gloria*, a græco κλέος *cleos*, seu κλέορ *cleor*, a quo κλεορία *cleoria*, inde *gloria*. Voss.

Glutini, *gluten*, quasi *geluten* a *gelu*, nam viscida, & crassa dum *gelascunt* in gluten abeunt.

Gnau, vox est felis.

Gnanatu, Messanæ de homine timido dicimus *chistu è gnanatu*, ignavus.

Gnignaria, res parvi momenti, hisp. *niñerias* sunt puerorum crepundia.

Gni-

Gnignu ; qui capillos habet crispos, ab hisp. *niño*, idest *puer*, puerorum enim capilli crispi sunt, & in anulos intorti, cum nondum fuerint pexi, & calamistrati.

Gnocculi : e pasta fiunt plurima edulia, *lasagni*, *tagliarini*, *bampugghi*, *maccarruni* &c. sunt & *gnocculi*; vox est ab ital. *nocca*, qua venit articulus digiti, hinc *gnocculi*, idem valent, ac pastilli digitum æquantes, huic etymo fidem facit aliud pastæ nomen *ghiditali* a *digito*.

Gnognu, nobis est is, qui cum rem probè sciat, se nescium fingit; est a lat. *novus*, nam se facit *novum*.

Gnuri, gnura, Messanensibus pater, & mater ita vocantur, voces decurtatæ a *Signuri*, *Signura*.

Gnuttica, gnutticari, *plica*, *plicare* voces Messanę inauditę, possunt esse a *gluten glutinare*, plica enim plicæ adhærens, quasi *glutine* est firmata.

Goffu : vox *coffa* denotat corbem vimineum amplum, parvam verò habentem altitudinem, quæ latitudini non respondeat; ex voce *coffa* erit *goffu goffizza* &c. quas usurpamus aliquem irridentes, quando scilicet homo obesus, ac pinguis se movere nequit, & quidquid agit, ineptè facit.

Gonfiari, vox Etrusca, nobis est *unsciari*, est ab *inflando* sicuti a *flore* dicimus *sciuri*, ita ab *inflare* dicimus *unsciari*.

Gorgia, ab hebr. גרגר *gargar guttur*.

Gota, ital. gota; illi nomen est a rotunditate, quam habet similem vasculo, quod vocatur *gottu*.

Gottu, *guttus* vasis genus.

Governu, governari &c. a gr. κυβερνάω *cubernao guberno*.

Gozu, insula a Melita quinque milliaribus distans *gaulos*, arab. *gaudesc*, & *gaudosc*, unde *Gozu*; sollemne enim est *d* in *z*, & e contra permutari, ut ex *Dancla*, *hordeum* facta sunt *Zancla*, *orzo*.

Gozza, avium ingluvies, in quam primò cibus descendit, Messanæ dicitur *bozza*.

Gracili, *gracilis* ab antiquo *graceo*, ut a *fleo flebilis*, a *labo labilis*, ita a *graceo gracilis*.

Grada, gradigghia, *crates*, *craticula*. est a gr. κρατέω *crateo teneo fortiter*, nam ligna, & ferrum, quibus constant, se *firmiter tenent*.

Gradiri, gradimentu &c. sunt a *gratus*, a quo venit *gratia*; *gratus* verò est a gr. χάριτες *charites* gratiæ, seu lepores.

Gradu, graduari &c. sunt a *gradus*, hoc autem est ab hebr. דרג *darag* in eadem significatione, literis permutatis.

Gragni, P. Delbonus reddidit *va-*

sa culinaria; vox Messanę inaudita, cujus etymon non elucet.

Gragnola, v. grandini.

Gramagghia, græcè χλαμὺς *chlamys*.

Gramigna, *gramen*, ut a *stamen* stamigna.

Grammatica, gr. γραμματικὴ *grammatice*, idest *litteraria*, quia circa *litteras* versatur.

Grammerci, & grammizzì idem; dicimus, *l'omu si salva grammercì la bontà di Diu*, homo per Dei bonitatem salvatur; Messanæ in turri campanaria literis gothicis sculptum legitur *Grammercì a Messina*, quod ibi appositum fuit post Vesperas Siculas; cum Messana diuturnam Gallorum obsidionem, Siciliâ universâ spectante, tolerans Siculis salutem peperit; de acri illa obsidione, in qua a potentissimo Rege Carolo Andegavense, & a Messanensibus summa virtute pugnatum est, quæq; Italiam tenuit suspensam, Jo: Villanus lib. 7. c. 67. hæc habet: *Per lo detto modo stette lo Re con sua hoste intorno a Messina da due mesi, & dando la sua gente alcuna battaglia dalla parte, ove non avea mura, i Messinesi huomini, & donne delle migliori della Città, & fanciulli piccioli, & grandi, subitamente in tre dì rifecero il detto muro, & ripararono francamente a lo assalto de' Franceschi, & allora per questa cagione si fece una canzonetta, che dice:*

Deh come gli è gran pietate
Delle Donne di Messina
Veggendole scapigliate
Portare pietra, e calcina
Iddio dia briga, e travaglia
A chi Messina vuol guastare &c.

tunc temporis Ss. Deipara perpetua Urbis protectrix, Saracenis, qui in Caroli Regis castris stipendia merebant, semet spectandam dedit, ut apud Barthol. de Neocastro cap. 40. legitur „ *Dicite nobis* (Saraceni a Messanensibus petunt) *quale continuò prodigium vidimus, & apparet nobis apertè, quod quædam mulier albis amicta adstans supra muros vestros hinc inde discurrit tenens in manibus velamina, ex quibus tempore præliorum cooperit muros vestros, quam cum videmus, omnes dirigimus, & spiritus pugnandi a nobis eripitur, nec stare possumus facie ad faciem contra Urbem.*

Grana, *baccæ*, quibus coccineus color fit, ipsis nomen est a voce *granum*: grana etiam est tempus, quo segetes ad ma-

maturitatem deveniunt, *tempu di grana*, latinè dicas, *tempus grandiendi*.

Granaru, *granarium* a *grano*.

Granatu, arbor, & fructus *granatum* a *granis*, quibus constat.

Granciu, *cancer*, gr. καρκῖνος *carkinos*, granciari, granciuliari, *cancri more incedere*.

Granciufudduni, ital. *granciporro*.

Grancu, musculorum dolorifica contractio, ac si acubus pungerentur, nomen est a vellicatione, quam cancer ingereret, si per corpus reperet.

Grandi, grandizza &c. *grandis granditas, grandescere, grandire*. Vossius etymon ducit a voce *granum*, ait enim, *grandia primâ suâ significatione dicuntur ea, quæ habent* grana, *hinc est, quod fruges propriè dicantur* grandes, *ut in antiquo carmine rustico, quod a Macrobio refertur l.5.c.20.* hiberno pulvere, verno luto, grandia farra Camille metes; *& Virg. 8. Æn. dixit*: grandia frumenta, *& Ovid.* Vegrandes messes. Vossio calculum addo, quia rem acu tetigit.

Grandini, *grando* a similitudine, quam habet cum *granis*, hinc gragnola.

Granfa, volatilis, vel quadrupedis pes unguibus armatus, *granfa di gattu, d'aquila* &c. a gr. ῥάμφος *rhamphos rostrum*; granfiari, ingranfari *rostro, vel unguibus corripere*.

Granu, *granum tritici*, ab heb. גרן *goron*, quod, & si ferè ab interpretibus redditur *area*, denotat etiam frumentum. Deuter. 15. 14. ubi in hebr. est ומגרנך *umigraneca*, quod latinus interpres vertit *& de area*. LXX. verterunt σῖτον *frumentum*. Granu etiam est de pondere monetarum, & cum dicimus tarenum argenti valere gr.20. idem est, ac si diceremus, tarenum argenteum ad lancem appensum pendere gr. 20; & sanè qui usque adhuc supersunt argentei tareni a Regibus Normannis cusi, ad lancem expensi exactè respondent granis 20. frumenti, & hic est verus sensus nostræ locutionis, licet vulgo per vocem *granu* veniat nummus æreus ex una parte habens Aquilam Regni insigne, ex altera UT COMMODIUS.

Granza, granzudda, hisp. *granza de trigo*, ait Franciosinus, *vagliatura la più cattiva, che si cavi dal grano*, nomen illi est a *grano*.

Grappu, rappu, *botrus*, ab heb. גרף *garap pugnus*; a similitudine, quam habet cum *pugno* manus.

Grascia, v. grassu.

Gras-

Graffu, graffizza, a *craffus, craffities*, hoc eft *denfus, denfitas*, hinc eft, quod qui corpore denfo funt, & carnofo, hi nobis funt *graffi*; *craffus* eft a gr. κρέας *creas* caro; hinc eft *grafcia*, & pinguedo lacti fupernatans gr. γραῦς *graus*.

Graffudda, *byofcyamus*, quia foliis eft *craffis*, feu pinguibus.

Grafta, *tefla*, hebr. חרשת *creft* gr. ὄστρακον *oftracon*, idem: hinc omnia fictilia vocantur *grafti*.

Grattera, veriùs rattera, *decipula*, a voce *rattu*, qua venit mus agreftis corpore grandior; hifp. *raton*, gall. *rat*.

Grattunaria, herba *lutea* etymon ignotum.

Gratu, *gratus*, a gr. χάριτες *charites*, ideft *gratiæ*.

Gravi, gravidu &c. *gravis gravidus*. Voffio *gravis* eft a *gerendo*, quafi *gravis* idem effet ac *geravis*: veriùs dixiffet *gravis* eft a βαρὺς *barys gravis*, mutato *b* in *g* Æolum more, qui pro βλέφαρα *blephara*, dicunt γλέφαρα *glephara*, pro βάλανος *balanos* dicunt γάλανος *galanos*.

Grazia, graziufu &c. *gratia gratiofus*, a gr. χάρις *charis gratia*.

Greca, *uva græca* a regione, uti & alias uvas dicimus, *liparota*, *acitana*, *ciminnita* &c. a *Lipari*, *Aci* &c.

Greggia, & greja; *grex*, a gr. ἀγείρω *agiro congrego*, vel a nomine ἀγέλε *agele grex*.

Gregna, falcis eft fegetis demeffæ quantùm *gremio* complecti poffit, ital. *grembiata*: vox *gremium* eft a *gerendo*, quòd *gremio*, ut plurimùm res *gerantur*.

Greviu, *gravis*, feu infulfus; ita eum vocamus, cujus mores *graves* nobis funt & invifi.

Grezzu, *fita grezza* etymon ignotum, *nifi fit a Græcia*.

Gricali, ventus e *Græcia* fpirans.

Griddi, *locuftæ*, ital. *cavallettæ* a facie, quam habent equi, gr. ἀκρίδες *acrides* griddi.

Griddu, *gryllus* a vocula *gri gri*, quam noctu edit.

Griddu di fcupetta, *fclopi rota*, quòd inftar locuftæ faltitet.

Gridari, Neapol. *ftrillari*; nos *gridu gridari*, lat. *ftridere* vox eft a fono, uti funt aliæ voces *fragor*, *murmur*, quæ a fonitu effictæ funt.

Grifu, *gryphus*, græcè γρύψ *gryps*.

Grigna, *juba equina*, *crines*, a gr. κρίνω *crino difcerno*, nam pectine *difcerni* folent, & necti.

Grinza, *ruga*, a græco γραῦς *graus crufta lacti innatans*, quę prę frigore in rugas denfatur, & a fimili dicitur anus, cujus facies rugofa.

Grippiali, *funis anchorarius* a *grip-*

a *grippo*, seu *giruppa*.

Grisciu, *color cinericius*, a gr. χρύσεος *chryseos aureus*, licet quoad colorem non conveniat, & color pro colore ponatur.

Grisopaziu, gr. χρυσόπρασος *chrysoprasos* gemma, quę porri virorem habet aureis guttis micantem: gr. χρυσὸς *chrysòs* aurum πράσον *prason* porrum.

Groi, *grus*, græcè γέρανος *geranos*.

Grassu, *crassus*, a græco κρέας *creas caro*, hinc grassu quasi *carnosus*.

Grugiolu, crisciolu, *crucibulum*.

Grugnu, *rostrum suillum*, gr. ῥύγχος *rhunchos*, & præposito *g. grunchos grugnu*; de eo, qui præ mœrore superius labrum producit, dicimus *avi lu grugnu*.

Grunda, *grunda, æ*, hinc *suggrundia* tecti prominentia, qua stillicidia a parietibus arcentur, translatè dicitur de eo, qui tristitiam labro prominente præsefert, *avi la grunda*. Vossio est quasi *gerunda*, quia tecto *aggeratur*, hinc *grundari* est de aqua, quæ decidit e *grunda*.

Gruppa, est convexa fornicis prominentia, *gruppa di damusu*: dicitur de equi clunibus ex ea parte, quæ rotunda est, ab hebr. גרף *garap convoluit*, quod quàm benè fornici, & clunibus quadret, omnes norunt.

Gruppu, *nodus*, hebr. גרף *garap convoluit*, filum enim est convolutum.

Grutta, *crypta*, græcè κρύπτη *crypte* a κρύπτω *crypto occulto*.

Guadagnu, vox gallica Dufresn. in v. *gagnagium* hæc habet, *porrò gain, & gaaing appellabant nostri, quod latinè lucrum*; ex *gaaing* indito *d* fit *gadaing*, inde *guadagnu*.

Guaddara, intestinorum prolapsus, est a voce *Vallagia*, quam habes in Dufresn. quæ venit ligamen, quod parti infirmæ sustinendæ apponitur; in vita S. Geraldi n. 4. *a mento denique usque ad verticem non ferri, sed, quæ gravior erat, infirmitatis ligatus* vallagiâ, *nusquam caput, nisi cum totius corporis circumferre valebat machina*: hinc liquet *vallagiam*, a qua est *guaddara* non denotare rupturam, sed ligamen, quo herniosi utuntur; *vallagia* est a *vallando*, seu muniendo.

Guaddemi, v. guidemi.

Guadu, *vadum*, & *vadus* locus, in quo flumen pedibus transiri potest a *vadendo*, vel a gr. βατὸν *batòn transitus*. Guadu etiam est balneum infectorum, quo cæruleus color fit.

Guai, *væ*: in guai elucet diphthongus *ai*, ut in illis Virgilii *pictai, aulai*.

Guai-

Guaina, *vagina* a *vacuitate*, & priùs fuit *vacina*, dein *vagina*.

Gualdrappa, idem est, ac *guarda drappi*, *stragulum*, ne equitis vestis, sudore equi conspurcetur.

Guardia, guardari &c. voces notissimæ significationis, sunt a voce *Warda*, gall. *garda*, idest *custodia*, ut dictum in v. *giardinu*, translatè sumuntur pro eo, quod est oculis videre.

Guariri, *valere*, nos verbum hoc usurpamus pro sanitate post morbum indepta.

Guarniri, guarnazioni &c. idem valent, ac *munire munimentum*, translatè dicimus de ornamento.

Guastari, *vastare*, etymon non liquet.

Guastedda, panis est mollior, qui e furno ante alios educitur: etymon est a *pasta* quasi *pastedda*; mirum quantum allucinatus fuerit doctus quidam apud Vossium, quin & Vossius ipse l. 2. de vit. serm. qui *Vastellum* pro sede, seu umbraculo intellexerunt, Vossium audiamus. *Vastellum reperio apud Matthæum Parisium in vita Jo: XXIII. Abbatis* „ Electus, & si fuerit de ultimis Novitiis, in loco supremo illico statuetur, solus in refectorio prandebit habens Vastellum, Priore prandente ad magnam mensam; *ubi quid Vastellum sit quæritur, Umbraculum putabat vir egregius, sed de causa nominis fatetur non liquere; quid si Vastellum sit sedes solida, ac fixa, elegantiùs elaborata? ut sic opponatur sedibus vulgaribus nullius artificii, & quæ de loco in locum sunt portatiles, quomodo Vastellum* ὑποκοριστικῶς *dicitur a Germanis Vest, sive Vast, quod Anglis Fest, ac notat firmus constans immobilis, sed de hoc malim audire monachalem vitam professos*. Nugæ, nugæ. Vastellum sive Vastella, Guastella, &c. panis est usualis, mollior tamen, & spongiosior, qui Abbati recens electo honoris causâ apponebatur, cum reliquis Monachis durior, ac buccellatus daretur; Vastella a pane differt, ut ovum ab ovo, & nos de re, nomine tantùm ab alia diversa, dicimus *Pani*, *e Vastedda*.

Guattaru, e Sguattaru, v. guazzettu.

Guazzettu, linctus est liquidus, quo edulia condimus, vox est ab *aqua*, ut in suo derivato *sguazzari* elucet, hinc guattaru, & sguattaru, qui patinas aquâ eluit.

Gucciula, *guttula*: *tt*. Doriensium more abierunt in *cc*. ut in τότε, πότε, ἄλλοτε, *tote*,

te, *pote*, *allote*; Siculi Dores dicebant τόκα, πόκα, ἄλλοκα, *toca*, *poca*, *alloca*.

Gucciulari, *guttulis stillare*: *guttæ* etymon Vossio est a χύτη *chute*, quod a χέω *cheo fundo*, ac si *gutta* fuerit χύτη *chute*.

Guencia, fencia, est malus aspectus, dicimus *avi mala fencia*, a gr. φέγγος *phengos lumen*, quia malus animus in oculis potissimum, & in facie elucet.

Guerciu, jerciu, *strabo*, qui oculos a nativitate habet distortos.

Guerra, vox barb. *Werra*, forsan erit ab ἔρις *eris* lis.

Guida, guidari, hæ voces sunt a *via*; *g*. appositum linguæ nostræ genio, ut a *vastare*, *vagina*, fecimus, *guastari*, *guaina*, *d* verò fuit insertum ad vocalium hiatum vitandum, quare *guidari* est *viam dare*.

Guideme, in cap. 101. Reg. Frid. *ne pulsentur circa funebria guideme, vel timpana*: hic ego intelligo, *guideme* fuisse modulum quemdam lugubrem, nempe illum antiquis dictum *Jalemum*; hinc erit vox *Guaddemi*, pro eo, qui animi est remissi, & debilis.

Guiderdoni, *donum* pro *via* ducatu.

Guisa, est a *via*, in questa guisa, *hac via*.

Guisina, Delbonus reddit *anguis hydra*, vox mihi inaudita, forsan ab *anguis*, *anguisina*, dein *guisina*.

Gula, *gula*, heb. לוע *lug*, quam vocem si nostro more legeris, habebis *gul*, hinc *gulera*, *guliggbia*.

Gulfu, sinus maris, gr. κόλπος *colpos*.

Gumina, *rudens*, gr. κάμηλος *camilos*, *l* in *n* abeunte, uti a μίλτος, λύμφη *miltos*, *lymphe*, fuit *minium*, *nympha*.

Gumma, gr. κόμμι *commi*, hinc *gummi*.

Gunnedda, vox dimin. a *gonna*, quæ fuit vestis pellicea. Dufresn.

Gurgari, est a *gurgite*: pro erumpere, sit *sgurgari*, nam *gurgari*, idem est, ac *ingurgari*, seu in *gurgite* residere.

Gurgu, *gurges*, vox est a sonitu, quem aqua in gurgite edit; nisi velis esse ab hebr. גרגר *gargar*, *guttur*, *gurges*.

Gurna, *urna*. Varr. de l.l. lib. 4. *Urnæ dictæ, quòd urinent, in aqua haurienda*.

Gusciu, *testa*, ovi, nucum &c. ab hebr. חוץ *husc*, idest *foris extra*, nam *extra est*.

Gustu, gustari, *gustus*, *gustare*, a gr. γευστὸς *geustòs* a γέυω *gevo gusto*.

Gutta, *gutta*, v. gucciula.

Guttana, guttena, *stillicidium*, nomen est a *guttis*, seu aquæ stillis, alibi in Sicilia dicitur *stalatò*, a græco σταλάζω

 sta-

ſtalazo ſtillo.

Guttumi, guttuſu, *angor*, *anxietas*, a *gutta*, ital. *gotta*, lat. *arthritis*: translatè ſumitur pro moleſtia, quæ in animo reſidet.

Guviteddi, ita Panormi vocantur Pygmæi, quia *cubitalis* ſunt magnitudinis; Meſſanæ dicuntur *nani*.

Guvitu, v. cubitu.

Guzza, *canis venatica*: voce *guſa*, *goza*, *guzia* olim veniebat machina bellica. Dufreſn. in voce Guſa, ita appellata forteàn hæc machina, quòd canis formam referret, nam Occitanis *Gouſſas* canis ſpecies eſt.

Guizzari, motus eſt piſcis in aqua erit ab *anguis*, ita ut fortè ab initio verbum fuerit *anguiſari*, dein contractè *guiſari*, & *guizzari*.

I

JA', *jam* adverbium affirmantis.

Jaci; *Acis* Siciliæ civitas, ab Aci fluvio.

Jacintu, *Hyacinthus* flos, & gemma.

Jacunu, *Diaconus*, gr. διάκονος *diaconos* miniſter.

Jaddu, jaddina, *gallus*, *gallina*, v. gaddu.

Jamba, *crus*, a gr. καμπὴ *campe flexura*, quia ibi fit flexio tibiæ, vel ab hebr. עמד *gamad columna*, eſt ſiquidem corporis columna.

Jamucci, jamucci, dicimus de eo, qui ſe quovis duci ſinit, ideſt de homine ſimplici *camus camus*.

Janga, janghi: hac voce pleriſque Siciliæ dicuntur dentes molares; Meſſanenſibus verò veniunt malæ, ſeu maxillæ. Heſychius meminit vocum γαγγίας, ἢ γαγγαλίας *gangbias*, vel *gangalias*, quas exponit γελαστινὸν, ſcilicet *dentem inciſorem*, qui eſt unus e quatuor anterioribus, qui a riſu, qui græcis eſt γέλως *gelos*, vocantur γελαστινοὶ *gelaſini*, ideſt *riſores*, nam in riſu nudantur, quare utrique rectè dicunt, illi pro dentibus molaribus uſurpando, ſubſtituentes dentes pro dentibus, hi pro genis, ſeu maxillis, quia ibi ſedes ſit riſûs.

Jardinu, v. giardinu.

Jaridda, nobis eſt pituitoſus humor in oculi cantho concretus: eſt ab hebr. ירד *jarud deſcendit*, eo modo quo lachrymarum profluvium vocamus *diſcenſu*, vel erit a voce מרוד *marud plandus*, a rad. רוד *rud ploravit* in conjug. *hiphil*.

Ja-

Jaſtima, idem eſt, ac *guaſta ſti-ma*, v. gaſtima.

Jattu, dicimus *facia jattu*, *chi durmia*, *chi mangiava* &c. ideſt *ſimulabat ſe dormire*, *manducare* &c. vox hæc *jattu* nil aliud ſonat, quàm *actum*, a lat. *actus*, ideſt *faciebat actum dormientis*, *mãducantis* &c. Poliphilus lib. 1. cap. 18. *di que accortaſe di me la ſacrificatrice*, *atto feceme*, *che non me ſpaventaſſe*.

Jattu, animal domeſticum, vide gatta.

Jazzu, *glacies*, græcè χάλαζα *chalaza*.

Jazzu, locus ubi dormiunt feræ, a *jacendo*, ibi enim *jacent*, hinc *lavuri jazziatu* dicimus de ſegete ab animalibus, vel vento variis in locis disjecta, & inclinata, ibi enim videtur, quod animalia *jacuerint*.

Ibiddina, & gibiddina, vide gibillina.

Ibbiſu, græcè γύψος *gypſos*, *gypſum*, eſt & terra in Meſſanenſi ditione, in qua *gypſi* fodina.

Idda, iddu, *illa*, *ille*, ab hebr. אלה *elah*, *illi iſti*.

Idea, gr. ἰδέα *idea*, & εἰδέα *eidea*.

Idi, *idus uum*, ab *iduando*, ideſt *dividendo*, quia *idus* menſem bifariam dividebant.

Idiotu, *idiota*, & *idiotes*, græcè ἰδιώτης *idiotes privatus*, vitam ducens *privatam*.

Iditu, *digitus*, a gr. δεικνύω *dicnyo monſtro*; quia *digito* monſtramus; hinc iditali *digitale*, quia *digitum* veſtit.

Idolu, gr. εἴδωλον *eidolon*, lat. *idolum*.

Idoneu, *idoneus*, a chald. עדן *hiddan tempus*, quare *idoneus* is eſt, qui tempori congruit.

Idra, *hydra*, & *hydrus*, græcè ὕδρα *hydra*, & ὕδρος *hydros* ſerpens aquaticus.

Idropicu, gr. ὑδρωπικὸς *hydropicòs hydropicus*, qui aquâ intercute laborat.

Jelu, *gelu*, a gr. ὕαλος *hyalos vitrum*, hinc *jelatina*, & *gelatina*, quòd vitrea ſit.

Jencu, *juvencus* a *juvando*, quia in arando maximè *juvet*.

Jenniru, *gener*, quia ad *generis* augmentum eſt adſcitus.

Jeri, *heri*, antiquis verò *heſi*, a gr. χθὲς *chthes* idem.

Jermitu, quantum quis manu accipere poteſt, ital. *ghermire* eſt *il pigliare*, *che fanno gli animali colla branca*. Cruſc. hinc *ghermito*, unde noſtrum *jermitu*.

Jeſi jeſi, idem eſt, ac *quietè quietè*.

Ignominia, *ignominia*, ideſt *nominis macula*.

Ignunzioni, *injunctio* ab *injungendo*, ſeu imperando.

Ilari, *hilaris*, gr. ἱλαρὸς *hilaròs*.

Ilici, *ilex*. Voſſio eſt ab hebr. אלה *elah ulmus*.

Illibatu, *illibatus*: *libandi* verbum

bum inter alia significat *minuere*, hinc *illibatus*, qui nullo pacto *diminutus* est.
Illusioni, *illusio* ab *illudendo*.
Imagini, *imago* ab *imitando*.
Imbaciliri. *imbecillem* esse.
Imbaluccari, & imbalucchiri idem, sunt a voce *loccu*, idest stolidus.
Imbarari, v. invarari.
Imbarazzu, a voce *impacciu*.
Imbarunari, ita messores vocant frumentum in area, quando illud in cumulum assurgunt.
Imbatula, lat. *frustra*; ignotum etymon, nisi velis dicere esse a lat. in *vacuum*: imbatula travagghi, in *vacuum*, seu frustra laboras.
Imbecilli, *imbecillis*, quasi qui *in bacillis* corpus suum sustentat.
Imbolari, Messanæ dicitur de vinea cum ejus malleoli adminiculis alligantur: est ab ital. *posare*, quia malleoli humi repentes *si posanu supra li pali* supra palos ponuntur.
Imbrogghiu, idem est ac imbogghiu, ab *involvendo*, quare cum res nimis est difficultatibus involuta, dicitur *imbrogghiata*.
Imbu, *gibbus*, hebr. גב *gab gibbus*.
Imbugghiari, *involvere*.
Imburdiri, & sburdiri verba contrariæ significationis: imburdiri est junco ligare. Abela fol. 86. *bordi significa giunco marino*.
Imburrari, est in præcipitium labere, ab heb. בור *bor fovea*.
Imburru imburru, & mburru mburru, fari li cosi *mburru mburru*, idem est ac præcipitanter aliquid agere ab hebr. בור *bor fovea præcipitium hiatus*.
Imbuttunari, globulis aliquid stringere.
Imeneu, *hymen*.
Imitari, *imitor*, quasi *mimitor*, a greco μιμοῦμαι *mimum ac imitor*.
Immanità, *immanitas*, prisci pro *bono* dicebant *manus*, hinc ejus oppositum *immanis*.
Immensu, *immensus*, qui *mensurari* nequit.
Imminenti, *imminens*, quòd *immineat*.
Immolatu, *immolatus* a *mola*.
Immuni, *immunis*, qui *muniis* est exemtus.
Impacciari, gall. *empescher* idem.
Imparari, *imperata facere*, & *imperata faciendo* discere.
Impedicari, *pedicis vincire*.
Impediri, *impedire*, ἐμποδίζω *empodizo* idem.
Impenitenti, *impænitens*, quòd culpæ *non pæniteat*.
Imperiu, Imperaturi, ab *imperando*.
Impertinenti, quòd non pertineat.
Impetrari, *impetrare*.
Impetu, *impetus*, ab *impetendo*.
Impiegari, *implicare*.
Im-

Impigna, dicitur calcei pars superior, quia nucis pineæ formam refert.
Impignari, v. pigna.
Impignari, *in pignus* dare.
Impignu, v. pigna.
Impinguari, a *pingui*, *impinguatus*.
Impinnicchiari, est dormiscere palpebris parumper conniventibus.
Implorari, *implorare*, ideft opem *plorando* petere.
Imponiri, *imponere*, a *ponendo*:
Importunu, *importunus* contrarium *opportuno*.
Impostura, calumnia alicui *imposita*.
Impressioni, *impressio*, a *premendo*.
Imprimiri, *imprimere*, a *premendo*.
Imprisa, ab eodem.
Improperiu, ab *exprobrando*.
Impugnari, *impugnare*, quasi *pugnis* contendere.
Impulsu, *impulsus*, ab *impellendo*.
Impuni, *impunis*, ideft *sine pœna*.
Imputari, *imputare*, quod est alicui addicere.
In, præp. *in*, gr. ἐν *en*.
Inalberari, *arboris* instar in altum extolli.
Inaspriri, *exasperare*, ideft *asperum* quid reddere.
Inaverari: vox Guidoni nostro familiaris, qua utitur in præliis, ut liquet ex aliquibus ejus exemplis: *mortalmente ferendo, e inaverando chiunque incontrava*, & *gravemente offendendoli, e mortalmente inaverandogli*, & *nel potente colpo delle forti lancie gravemente inaverandosi percosse Telamone, sicchè gravemente l' inaveroe*; cætera prætermitto: hoc verbo certum est denotari *vulnus infligere*: erit a *veru spiedo*, ita quod *inaverare* sit *veru ferire*, sicuti parum refert, an quis vulnus accipiat *dalla spata*, *overu dallu spitu*.
Inca, inga, inchiostru &c. a gr. ἔνκαυστον *encauston* scripturæ species, quæ per adustionem fiebat, transfertur ad vulgare atramentum scriptorium.
Incalzari, propriè est *pedem in calceum impellere*; transfertur ad quamlibet vim.
Incantari, *incantare*, ideft *cantu* aliquid moliri. Virg.
cantando rumpitur anguis:
Incantisimu, *incantamentum*, a *cantu*.
Incantu, tum actio *incantandi*; tum forum, in quo merces sub hasta venduntur, ad *cantum* præconis.
Incarnatu, color *carneus*.
Incendiu, *incendium*, ab *incendo*, hoc autem est a *candore*, summo nimirum ignis colore.
Incensu, *thus*, eo quòd *incendatur*.
Incettari, ab *inceptando*, ut ab

acceptando est accettari.

Inchiri, *implere*.

Inchiti, *impleare*.

Inchiostru, v. inca.

Inciampu, ab ital. *zampa* animalium pede, hinc inciampu est pedis offendiculum, hinc inciampari.

Incidiri, *incidere*.

Incinta, *mulier prægnans*: prima facie videtur ita dici, quasi *incincta*, idest *minimè cincta*, seu *discincta*; nam præ uteri laxitate, & amplitudine diffuta, ac *discincta* incedit: propriè tamen est a voce *inciens*, qua usus Festus: *gravida*, inquiens, *est quæ jam gravatur conceptu, prægnans velut occupata in generando quod conceperit, inciens propinqua partui, quòd incitatus sit partus ejus*. Arnobius in 7. bis dixit, *incientem scrofam*: inciens autem est a gr. ἔγκυον *encyon uterum gerens*.

Incitari, *incitare*; verbum *cito* est a *cieo* commoveo, hinc incitari est *commovere*.

Inclinari, gr. ἐγκλίνω *enclino*.

Inclitu, *inclytus*, gr. ἔγκλυτος *enclytos* pro eodem.

Includiri, *includere*, idest *intus claudere*.

Incontru, incontrari; quando duo sibi occurrunt, dicitur *incontru*, ac si unus *contra alium* eat.

Incrementu, *incrementum*, ab *increscendo*.

Incrisciri, *fastidire*, incriscimentu, *fastidium*: sunt a verbo *incresco*, idest *cresco*, *augeo*; quando enim quis nos fastidit, ei dicimus *non m' abbuttari*; abbuttari enim quid aliud est, quàm *crescere*? ergò incrisciri, est *increscere*, seu *abbuttari*.

Incubu, *incubus*.

Incuina, *incus, dis*, quòd in ea ferrum malleo *cudatur*.

Inculcari, *inculcare*, a *calcando*.

Incultu, *incultus*, idest *non cultus*.

Incumbenza, ab *incumbendo*.

Indacu, color *indicus*, ab *India* advectus.

Indagari, *indagare*, hoc est *inde agere*: propriè est de feris, quas *inde*, nimirum e suis caveis *agimus*; transfertur vox ad omnem inquirendi modum.

Indefessu, *indefessus* non *defessus*.

Indenni, *indemnis* sine *damno*.

Indernu, indarnu; *in damnum* laboris, & pecuniæ, quorum jacturam facimus.

Indettari, est alicui verba dicenda suggerere, a *dicendo*; est etiam a debito, quod vulgò dicitur *detta*, & tunc *indettatu* est de eo, qui est oberatus, qui nobis est *chinu di detta*.

Indicari, indici, indiziu, *indicare, index, inditium*.

In-

Indicibili, quod *dici nequit*.
Indigenza, *indigentia*, ab *indigeo*.
Individuu, *individuum*, quod *dividi* nequit.
Indizzioni, *indictio*, ab *indicendo*.
Indocili, *indocilis*, quòd *doceri* nequeat.
Indoli, *indoles* vis insita, ab *in* & *oleo* cresco, quasi nobis *inolita*.
Indrizzari, *dirigere in*.
Induciri, *inducere*.
Indulgenza, *indulgentia*, ab *indulgeo*.
Indultu, Principis *indulgentia*.
Industria, *industria*, industriusu, *industrius*, qui quidquid agit, *intro struit*, seu *studet*. Voss.
Ineffabili, de quo *fari* non licet.
Inerenti, *inhærens*, ab *inhærendo*.
Inestra, *genista*, idest *geniculata*.
Inettu, *ineptus* non aptus.
Infallibili, qui *fallere* nequit.
Infamia, *infamia*.
Infangari, luto infigere.
Infantaria, *peditatus*, ab ital. *fante*. nulli dubium, quin sit ab *infans* in ea significatione, qua vox *puer* denotat *servum*
Infanti, *infans*, qui nondum *fatur*.
Infatuari, *infatuare*, ab hebr. פתי *phethi fatuus* פתיות *phetaut fatuitas*.
Infecundu, *infecundus*, *facundus*, quia *fatur*, *infacundus*, qui *fari* nequit. Varr. lib. 5. de l. l.
Inferiuri, *inferior*, ab *infra*.
Infernu, *infernus*, ut ab *intra* *internus*, ita ab *infra* *infernus*.
Infestu, *infestus* contrarium *festivo*.
Infezzioni *infectio*, ab *inficiendo*.
In fina, *in finem*.
Infirmu, *minimè firmus*.
Inflessibili, quia *flecti* nequit.
Influenza, *influentia*, quòd *influat*.
Informari, *informare*, *formam inducere*.
Informi, *informis* sine *forma*.
Infrunitu, *infrunitus*, a græco Φρὴν *fren* mens.
Infundiri, *infundere*, intus *fundere*.
Infurra, infurrari; in libro *Scala di virtuti* a P. Jacobo Maza edito Messanæ an. 1499. cap. 2. *de la S. Oracioni* ita legitur. *Uno antiquo Re d'India nominato Porro, edificò uno palazzo, le mura de lo quali sù tutti dintro, & di fora* infortati *di tavoli di oro fino*; hinc liquet *infurrari*, idem esse, ac *fortificari*.
Ingannu, ingannari, &c. ingannu est ab *ingenio*, hinc *ingannari*, est aliquem *ingeniosè* circumvenire, atque astutè agere.
Ingarzarisi, pellicem habere, gall. *garce* meretrix.

In-

Ingaſtu, ingaſtari; Will. Brito in vocab. m. s. *Incaſtratura*, *incavatura lignorum*, *per quam ſibi mutuo copulantur*, *& dicitur caſtratura*, *quòd in ea quaſi in caſtro uniuntur ligna*, *& muniuntur*.

Ingaddari, a *galla* tinctorum, vel a *gallis* cum invicem pugnant.

Ingegnu, *ingenium* quaſi *ingenitum* nobis a natura inditum

Ingenuu, *ingenuus*, gr. ἐυγενὴς *eugenès*.

Ingeriri, *ingerere*, ab *ingerendo*.

Ingignari. S. Aug. tr. 48. in Joan. *Encænia feſtivitas erat Dedicationis templi, gręcè enim cęnon dicitur novum, quandocumq; novum aliquid fuerit dedicatum, encania vocantur, jam & uſus habet hoc verbum, ſi quis novâ tunicâ induatur* encæniare *dicitur*.

Ingiuria, *injuria*, quia contra *jus*.

Ingonia, gr. ἐν γονίᾳ *en gonia* in angulo, *ingoniariſi* in angulis latere.

Ingordu, ingordigia, ab ital. *gozzo*, ideſt avium ingluvies, quam nos dicimus *bozza*, hinc italicum *ingozzare*, hinc etiã *ingordu ingordigia*, ſæpius diximus literam *z*, mutari in *d*, & e contra.

Ingramigneri, eſt a voce *gramigna*: gramen in hortis, ſi non citò evellatur, totum ſuis geniculis comprehendit, ut vix poſtea evelli queat, hinc ingramignari, eſt fortiter tenere *graminis* inſtar.

Ingrancari, muſculorum pati contractionem, quam nos dicimus *grancu*.

Ingravattari, vox Meſſanæ inaudita, in Sicilia verò frequens; hoc verbo intelligunt puerum baptizari ab obſtetrice in partu difficili ob metum, ne moriatur: *ingravattatu* eſt puer baptizatus ab obſtetrice in laborioſo partu: Verbum hoc *ingravattari*, credo verè ſignificaſſe *gravem*, ideſt laborioſum, ac periculoſum *actum* pariendi, & ſicuti a *peragere* eſt *perattari*, ita a *graviter agere* eſt *gravattari*, & *ingravattari*: hinc *gravattatu*, & *ingravattatu* verè eſt infans *gravi*, ſeu laborioſo *actu* pariendi editus; quia verò in hoc gravi actu pariendi ſolet obſtetrix baptizare, fit inde quod *ingravattari* ſumatur pro baptizari ab obſtetrice.

Ingreſſu, *ingreſſus*, ab *ingredior*.

Inguanta, manus germ. *vant*, hinc chirotheca dicitur *guanta*, & *inguanta*, hinc verbum *inguantari*, hinc *inguantera* patina ad chirothecas.

Inibiri, *inhibere*.

Iniparu, *juniperus*. Gaſp. Bahuinus, a *junior*, *& pario*, *quòd juniores*, *& novellos fructus pariat antiquis matureſcentibus*.

Ini-

Iniquu, *iniquus* non *æquus*.
Iniziu, *initium*, hinc iniziari, iniziatu, ab *initio*.
Inizza, *junix*,
Innanti, & innanzi, *antea*.
Innaru, *Januarius* a *Jano*:
Inoditu, *inauditus*.
Inquisizioni, *inquisitio* ab *inquirendo*.
Insajari, accingi ad opus, quod nondum experti sumus, hisp. *ensayar*.
Insertari, & inzertari, hoc est *certò* assequi.
Insidia, *insidiæ* ab *insidendo*.
Insiemi, *insimul*.
Insigna, *insigne*.
Insignari, *indice signare*, v. g. cum dicimus: *insignatimi la casa di D.Franciscu*, is a quo petimus, cam nobis *indice signat*: transfertur inde vox ad actum docendi.
Insinuari, *insinuare*, ideft *sinuosè*, & per anfractus, non palam intrare.
Insipidu, *insipidus*, non *sapidus*.
Insitari, *inserere*, hinc insitu *insitus*.
Insolenti, *insolens* quasi *non solens*, translatè dicitur de arrogante.
Inspezzioni, *inspectio* ab *inspiciendo*.
Inspirari, *inspirare* a *spirando*.
Instanti, *instans*, hinc *istanza*.
Instigari, *instigare*, a gr. στίγω *stigo pungo*, ἐνστίγω *enstigo*, hinc *instigo*.
Insullu, *insulsus*, ideft *sine sale*.
Insultu, *insultus* ab *insiliendo*.
Intaccari, v. tacca.
Intamari, nobis est dolere ex aliquo ictu, ut si quis crus in lapidem impegerit, dicit, *m' intamai*, ideft *dolui*: erit ab *attamino* verbo, quod idē est, ac *contamino*, gall. *entamer*.
Intantu, *in tantum*.
Intaraddari, *tremere*, ab hebr. רעד *raad tremuit*, cum ת formativo futuri Psal. 104. 32. *qui respicit terram, & facit eam tremere* in hebr. ותרעד *utarad*, & *tremet*.
Integru, *integer*, ideft *intactus* a *tango*, integritá *integritas*.
Intellettu, *intellectus* ab *intelligendo*.
Intemeratu, *intemeratus*, ideft non *temerè tactus*, *temerè* autem est a gr. τολμηρῶς *tolmeròs audacter*.
Intendiri, *intendere*, intentu *intentus*, intenzioni *intentio*.
Intercalari, *intercalare*.
Intercettari, *intercipere*.
Intercolunniu, quia *inter columnas*.
Intercutaneu, quia *inter cutem* est.
Interdiciri, *interdicere*, interdittu *interdictum*.
Intereſſari, ab *interest*.
Interinariu, eo quòd *interim fiat*.
Interiuri, *interior* comparativum, ab adv. *intus*.
Interluniu, *interlunium*.
Intermettiri, *intermittere*.

Intermezzu, *intermedius*.

Internu, internari, *internus*, *interiora penetrare*.

Interpetri, *interpres*, ab hebr. פתר *patar interpretari*.

Interpolari, *interpolare*. Cic. Plin. atque alii; hoc verbo usi.

Interponiri, *interponere*.

Interrari, *in terra* condere.

Interrogari, *interrogare*.

Intersiari, *intersecare*, opus tessellatum facere.

Intervallu, *intervallum*.

Intimari, *intimare* ab *intimus*.

Intingulu, ab intingendo *intinctus*.

Intivari, idem est, ac *intyphare*, idest dolii asseres *typhâ* vulg. *buda* munire.

Intonari, *intonare* a tono; stari *intonatu*, quando quis est iratus, vel erit ab italico *intorare* pro eodem, vel erit a *tono*, iratus enim, voce loquitur altiore, & de *tono* nihil remittit.

Intoppu, intoppari, ab italico *intoppo*.

Intra, *intra*.

Intrari, *intrare*.

Intrecciari, intrizzari, v. trizza.

Intrepidu, *intrepidus*, a gr. τρέπω *trepo* verto, *intrepidus* is est, qui præ timore *non vertitur*, sed constans stat.

Intricu, intricari, sunt a *tricis*, tricæ verò gr. τρίχες *triches* capilli, villi &c.

Intrinsecu, ab *intrinsecus* adverb. loci.

Intrita, ntrita, avellanæ ē putaminibus extractæ, & leviter torrefactæ, atque intimo cortice mundatæ, nomen ipsis a *tritura*, nam *attritu* mundantur.

Intrizzari, v. trizza.

Introduciri, *introducere*.

Introitu, *introitus*.

Intrudiri, *intrudere*.

Intrunzari, *intrudere*, pluries dictum *d* verti in *z*, ut *medius mezzo*, ita intrudere *intrunzari*.

Invarari, dicitur uva cum incipit maturescere, est a *variando*. Cato de re rust. l. 1. c. 33. *ubi uva varia fieri cœperit*: corruptè *imbarari*.

Invasari, *invadere*.

Inveirsi, *invehere*, hinc invettiva ab *invehendo*.

Inventari, ab *inveniendo*.

Investigari, per *vestigia* indagare.

Inveteratu, *inveteratus*.

Inviari, *inviare*; Solinus, idest *in viam* dirigere.

Invidia, *invidia* ab *invidendo*.

Inviluppu, a villis, qui pullorum pedibus adhærent, fit *viluppu*, hinc *inviluppari*.

Inviolatu, *inviolatus*, idest per *vim*, seu *violentiam* minimè corruptus.

Inundari, *inundari* ab *undis*.

Invocari, *invocare* a *vocando*.

Invogghiari, a voce *vogghia*.

Involucru, *involucrum*, optima vox, pro ea tamen P. Del-

bo-

bonus substituit *confusio*.
Jo, *ego*, hisp. *yò*, yò el Rey.
Jocu, *jocus*.
Jornu, ab hebr. יום *iom dies*, & inserto *r*, fit *jornu*.
Ipocondriu, gr. ὑποχόνδριον *hypochondrion*.
Ippocritu, ippocrisia, a gr. ὑποκρίνω *hypocrino simulo*, *simulator*, *simulatio*.
Ippuni, a voce *giubba*.
Ira, *ira*, a gr. ἔρις *eris* lis.
Iri, *ire* ab *eundo*.
Iridi, a gr. ἶρις *iris*.
Ironia, gr. εἰρωνία *ironia dissimulatio*.
Irrigari, *irrigare*, idest a *rivo agere*.
Irritari, *irritare* ab *irritus*, quod est *rato contrarius*.
Irrumpiri, *irrumpere*, vide *rumpiri*.
Isca, *esca*.
Isci, isci, hisp. *dixes*. Franciosinus; *dixes ornamenti, che pongono al collo a' bambini, come sono campanelle d' argento, sonagli, coralli, e simili*.
Issopu, heb. אזוב *azob hyssopus*.
Isterna, *cisterna*.
Istigari, *instigare*, a verbo στίζω *stizo pungo*, cujus aoristus ἔστιγον *estigon*, inde *instigo*.
Istintu, *instinctus*.
Istituiri, *instituere*.
Istmu, *isthmus* non *hysmus*, ut mendosè in Dict. Sic. græcè ἰσθμὸς *isthmòs*.
Istoria, gr. ἱστορία *historia*.
Istriuni, *histrio* a thusca voce *hister ludio*. Liv. *hister thusco verbo ludio vocatur*.
Istruiri, *instruere*.
Istrumentu, *instrumentum*.
Isula, *insula*, quia *in salo*, idest mari sita est.
Itinerariu, *itinerarium* ab *itinere*.
Jttari, *jactare* a *jaciendo*.
Itterizia, *morbus ictericus*, ab ave *ictero*, quæ flavi est coloris.
Iu, *ego*, gr. ἐγὼ *ego*.
Jucari, *jocare*.
Judici, *Judex*, qui *jus dicit*.
Jugali, *jugalis*, *subditus jugo*.
Jugu, *jugum*, a gr. ζυγὸς *zygòs jugum*.
Jumentu, *jumentum* a *juvando*.
Junchigghi, *conchylia*.
Juncu, *juncus* a *jungendo*, seu ligando, quod *juncis* fit.
Jungiri, *jungere* a *jugando*.
Jusu, *jusum*, ut in gloss. antiquis Latinis *deorsum*.

L.

LA, articulus præp. fœm. gen. cujus mascul. est *il*, vel *lu*, a lat. *ille*, *illa*.

Laberintu, *labyrinthus* græcè λαβύρινθος *labyrinthos*, quasi in eo non sit λαβεῖν θύ-

θύραν labìn thyràn, idest *januam invenire*.

Labru, *labrum*, *labium*, labium est ab *accipiendo*, quod græcè est *λαβεῖν labìn*, nam *labiis* cibum accipimus, res quoque alias, si ansas non habeant, labiis accipimus: ita Vossius.

Labili, *labilis*, *labidus*, a *labando*, *labare* autem est a *labore*.

Lacca, medicis *lacca*.

Laccara, carni laccarusa, Messanæ *lappara*, *lapparusa*, v. lappara.

Lacche, laccheu, gall. *laquay*.

Lacciata, & alacciata, est a *lacte*.

Lacerari, *lacerare*, gr. *λακίζω lakizo lacero*.

Lacrima, *lacryma*, gr. *δάκρυον dacryon*, & *δάκρυμα dacryma*, quod in Henr. Steph. legitur, nullo tamen exemplo.

Lasii, *blanditiæ*, vox Messanæ inaudita, ejus loco dicimus *ballasii*, v. ballasii.

Lagnulu, *mollis*, *effæminatus*, a gr. *λάγνης lagnes salax*, a quo est *λαγνεία lagnia*, *salacitas*, hinc metaphoricè *mollis*, *effæminatus*.

Lagu, *lacus*, gr. *λάκκος laccos*, hinc laguna *lacuna*.

Lagusta, *locusta* piscis e cancrorum genere.

Laicu, gr. *λαϊκὸς laicòs laicus*.

Laidu, laidizza, gall. *laid*, *laideur*.

Lama, *lamina*, dimin. *lamella* a *latitudine*.

Lambicu, *alembicum* chymicis, gr. *ἄμβιξ ambix* est *olla*, inde *alembicum*.

Lamiari di fami, *fame emori*, a nomine pauperis gr. *λάμιος Lamios* dicti. Hesych.

Lamentu, *lamentum* a *jalemos* carmen lugubre, hinc lamentari &c.

Lampa, gr. *λαμπὰς lampas*, hebr. לַפִּד *lapid lampas*.

Lampidusa, veriùs Lopadusa, insula Siciliam inter, & Africam, a *lopadibus* conchis marinis ibi innascentibus.

Lampreda, *lampetra* piscis fluviatilis, a *lambendis petris*, quibus adhæret.

Lana, *lana* a dorico *λᾶνος lanos*, comm. *λῆνος lenos* pro eodem. Hesychio *λήναια lenæa* sunt *ἔρια eria*, idest *vellera*.

Lancedda, vas parvum *lancella* a *lanx*. Perottus ducit a *latitudine*.

Landa, ital. *latta*, lamina stamno illita, a *latitudine*, ita Crusca in v. *landa*, quæ vox exponitur *pianura*, *campagna prateria*.

Landru, *oleander*. Isid. l. 17. 7. *rodandrum*, *quod corruptè vulgo lorandrum vocatur*; *quòd sit foliis lauro simili-bus*, *flore ut rosa*.

Languri, *languor*, pro etymo sint verba Hesychii; *λαγγά-*

ζει

ζει ὀκνεῖ, οἱ δὲ λαγγεῖ, ideſt *langazi pigreſcit*.

Lanterna, *laterna*, quia ibi lumen latet.

Lanza, *lancea*, gr. λόγχη *lonche*, hinc lanzariſi, eſt impetuosè irruere quaſi *lancea*.

Laparda, niſi ſit ex *phalarica*, quæ & *alarica*, quæque a Papia exponitur *haſta vehemens triangulum ferrum habens*, fateor me neſcire undenam ſit.

Lapazza, *lapathum* herba, a gr. λαπάζω *lapazo* evacuo, quòd alvum vacuet.

Lapida, *lapis*, gr. λάας *laas*, & indito *p* ad vitandum hiatum *lapis*.

Lappara, carni lapparuſa, *caro flaccida*, gr. λαπάρη *lapare* eſt corporis pars, quæ eſt inter coſtas nothas, & ilia, quòd inanis ſit, & flaccida. Lappara piſcis eſt in petris degens, cujus caro tenuis; Lappara, ſeu ſmafara, ſermo eſt ineptus, ac ratione caſſus.

Lappuſu, *auſterus* a *lapatho* herba vulgo *acetoſella*, ab acido ſapore.

Laquearі, laqueamentu, ſunt a *laqueo*, quod eſt a *lacio* attraho.

Lardu, *laridum*, *lardum*, ideſt aridum.

Largu, *largus*, hinc *largior* cum ſuis.

Larici, *larix* arbor.

Larruni, *latro* a *latendo*.

Larva, *larva* a *laribus* ideſt malis geniis, qui & *ſpectra*.

Laſagni, *laganum*, gr. λάγανον *laganon*. Iſid. *laganum latus, & tenuis panis, qui primùm in aqua, poſtea in oleo frigitur*. Heſych. λάγανα εἶδος πλακουντάριον ἀπὸ σεμιδάλεως ἐν ἐλαίῳ τηγανιζόμενον *lagana placentæ genus ex ſimila in oleo cocta*.

Laſcia, *funiculus*, quo canes ligamus, a *laxando*, dicimus *laſſa curriri*, laxa currat.

Laſcivia, laſcivu, *laſcivia*, *laſcivus*; in vet. Diction. *laſcivus quaſi laxivus, quòd ſit laxus*, ideſt ſolutus, & vanus.

Laſcu, laſchizza, *laxus laxitas* a *laxando*, ideſt remittendo.

Laſſana, gr. λαμψάνη *lampſane* lampſana, Meſſanæ dicuntur *razzi*.

Laſſari, *laſſare*, laſſizza *laſſitudo* a *laſſando*, ſeu fatigando.

Laſtima, laſtimarſi, ita & hiſpanicè.

Laſtra, quaſi *lataſtra* lapis latus, hinc laſtricari.

Latina, dicimus vila latina, *velum latum* ad differentiam *veli quadrati*.

Latinari, & allatinari, dicimus de agro, cum illum ſationi aptum reddimus, eſt a voce *lætamen*, qua uſus Plinius, hinc *latinari*, idem eſt, ac *lætaminare*, ſeu ſtercorare.

La-

Latinu, dicimus *jencu latinu*: *formaggiu latinu*, ideſt *pinguis*, ſeu *lætus*. Virg. georg. I. *Quid faciat lætos ſegetes*, ideſt *pingues*; vox *latinu* eſt a *lætivus*, ut a *feſtivus* fit *feſtinus*, ita a *lætivus latinu*.

Latitudini, *latitudo* a *latus*, *a*, *um*, quod a gr. πλατὺς *platus* abjecto *p*.

Latomia, locus Syracuſis, unde lapides exſcindebantur, gr. λατομία *latomia*, a λᾶας *laas lapis*, & τέμνω *temno ſeco*.

Latru, *latro* a *latendo*.

Latti, ab antiquo *lacte*, *is*, gr. γάλα *gala* idem.

Lattilepra, herba *chondrila*, cujus ſuccus *lacteus eſt*.

Lattuca, *lactuca* a *lactis* copia.

Lattumi, piſcium *lactes*.

Latu, *latus*, *ris*. Iſidoro eſt a *latendo*, quòd *lateat* ſub axillis.

Lavanca, locus præruptus, gr. φάραγξ *pharanx*, hinc *valanca*, ſeu *faranca*, hinc etiam *faraggbiuni* ſcopuli prope Acim.

Lavari, *lavare*, græcè λέω *luo lavo*.

Laudanu, *ladanum*, arab. לאדן *ladan unguentum*.

Laudi, laudari, *laus*, *laudare*.

Laudemiu, *laudemium* a *laudando*, quia novus poſſeſſor tenetur fundi Dominum *laudare*, ſeu vocare.

Lavina, lavinaru, locus quò aquæ confluunt, a *lavando*.

Lauru, *laurus* a *laude*.

Lauſu, idem eſt, ac *laus*.

Lautu, lautizza, *lautus*, *lautitia* a *lavando*, quòd qui opiparè viverent, crebrò ad delicias lavarentur.

Lavuru, *labor* a *labando*, nam labore, vires *labaſcunt*.

Lazarettu, locus olim infectis morbo S. Lazari deſtinatus, nunc verò peſte infectorum, vel ſuſpectorum hoſpitale.

Lazu, lazi, *dicteria ſcommata*, a gr. λάζειν *lazin injuriis*, & *dicteriis* proſcindere.

Lazzu, *laqueus* a verbo *lacio* attraho, laqueo enim & *trabimus*, & *ſtringimus*.

Leali, lealtá, v. legali.

Lebra, v. lepra.

Lecca, dicimus *cercari la lecca*, *e lamecca*, incognitum mihi eſt.

Leccu, gr. ἠχὼ *echo*.

Leddira, *bedera*, quòd arboribus *hæreat*, vel quòd eas *edat* & viticulis ſuffocet.

Lediri, *lædere*, a gr. λοιδορῶ *lædorò* injurius ſum.

Legali, legalitá, *legalis*, *legalitas*, ſunt a *lege*, ut patet.

Legatu, *legatus* a *legando*, vel *legendo*, vel ab hebr. לאך *laac*, vel מלאך *malac legatus*.

Legioni, *legio*, *quòd legantur milites in delectu*. Varr. lib. 4. de l. l.

Legiri, *legere*, gr. λέγω *lego*, ideſt *colligo*; & dum e libro *le-*

legimus, verba *colligimus*.

Legitimu, *legitimus* a *lege*.

Leggiu, leggieru, leggerizza, *levis*, *levitas*, a gr. λεβηρὶς *leveris*, ideſt ſerpentis ſenium, ſeu *exuviæ*, quæ *leviſſima* ſunt membranula.

Lembu, Heſychio λέμβος *lembos* navigiolum, quod a majori trahitur, translatè *quodcumque vas*.

Lena, gall. *baleine*, ideſt *balitus*.

Leni, leniri, *lenis*, *lenire*, gr. ληνὸς *lenos lana* mollis, & lenis.

Lenti, cryſtallus *lentiformis*.

Lentiſcu, *lentiſcus*, quia flexilis ſit, nec rumpatur, adeoque *lenteſcat*.

Lentu, lentizza, *lentus*, *lentitudo*, ideſt *flexilis*, *flexibilitas*; translatè dicitur de *tardo*, ac *languido*.

Lenza, linea piſcatoria, a *lentitudine*, nam undique flecti poteſt.

Lepra, gr. λέπρα *lepra*, a gr. λεπὶς *lepis* ſquama, nam morbo lepræ cutis abit in ſquamulas.

Lepru, *lepus*. Varr. lib. 4. de l.l. *lepus, quod e Siculis quidam Græci dicunt λέποριν leporin*.

Lepuri, lepidu, *lepor*, *lepidus*, a gr. λεπὶς *lepis ſquama*, ut ait Voſſius adducens carmen Lucillii lib. 7.

Scabor, ſubvellor, deſquamor, pumicor, ornor.

ita loquitur, qui ſe vult ornatum.

Leſciandra, *alexandria* herba. Heſych. ἀλεξάνδριος *alexandrios*.

Leſina, *ſubula*, ab hebr. לשון *leſcion lingua*, nam acuminata eſt inſtar linguæ, & res in acutum deſinentes *linguas* dicimus, *maris*, *terræ*, *ignis* ita & ferri.

Leſioni, a *lædendo*.

Leſtu, *promptus celer*, eſt a gr. τέλος *telos finis* ſyllabis tranſpoſitis.

Letali, *lethalis*, & *letalis*, a gr. λήθη *lethe oblivio*.

Letargu, gr. λήθαργος *lethargos* ab eodem themate.

Letizia, *lætitia*, ideſt *pinguedo*.

Lettu, ubi cubamus *lectus*, gr. λέκτρον *lectron*, etiam eſſe poteſt a verbo λήγω *lego finio*, nam poſt finem laboris cubamus.

Leva, *vectis*, qua pondera *levamus*, a *levando*.

Levari, *levare*, a *levis*, quod a gr. λεβηρὶς *leveris*, v. leggiu.

Levanſu, Phorbantia inſula in noſtro mari, a *Phorbantia Levanſu*.

Levi, *levis*, v. leggiu.

Levitu, quòd eo maſſa *levis* fiat, *fermentum* a *fervore*.

Libanu, mons *libanus*, hebr. לבנון *lebanon* a rad. לבן *laban albus*, quia ejus juga ſemper nive albeſcunt.

Li-

Libànu, cum accentu in penult. *chorda juncea*, forsan erit a Libya, ubi harum chordarum frequens usus.

Libertinu, *libertinus* a *libertate*

Liberu, libertà, &c. *liber*, *libertas*.

Libia, *Libya*, arab. לוביה *lubia*.

Libici, ventus *libycus* a Libya spirans.

Libidini, *libido* a *libendo*, quod ab hebr. לב *leb cor*, nam quę libent cordi placent.

Libra, *libra* vox Sicula. Pollux lib. 4. cap. 24 τὴν μὲν γὰρ λίτραν εἰρήκασιν σικελοὶ κωμῳδοί, *litran verò dixerunt Comici Siculi*.

Librari, *librare* a *libra*.

Libru, *liber*, idest interior arboris cortex, in quo olim scribebatur, Vossio est ab æolico λέπος *lepor*, quod corticem, seu *librum* sonat.

Liccari, liccuni, liccunaria, licchettu &c. a gr. λείχω *licho lingo*, quod ab hebr. לחך *lecac lingere*.

Licenza, *licentia* a *licendo*.

Licuri, *liquor*. aqua olim dicta fuit *lix*, hinc *liquis*, inde *liquor*. Voss.

Lidu, *litus*, a gr. λισσὸς *lissòs lisciu*.

Llenteria, gr. λειεντερία *lienteria* intestinorum *levitas*.

Liga, ligami, a *ligando* gr. λυγόω *lygoo* ligo.

Liggi, *lex*, a *legendo*, ut a *regendo* rex, aliis verò est a *ligando*.

Lignu, *lignum* a *legendo*, seu *colligendo*, vel a *ligando*.

Ligumi, *legumen*. Varr. de re rust. lib. 1. cap. 32. *legumen, ut cætera, quæ velluntur e terra, non subsecantur, quæ quòd ita leguntur, legumina dicta*.

Ligustru, *ligustrum*, a *ligando*, cujus rami facillimè *ligantur*.

Lilibeu, *lilybæum* Sic. Promontorium. Bochart. in Phaleg. lib. 4. cap. 34. *Hoc Promontorium Phœnices cum viderent in Libyam maximè vergere, suâ linguâ vocarunt promontorium* ללוב *lelub, idest versùs Libyam, vel* ללוביא *lelube, idest versùs Libyas*.

Lima, *lima*, gr. ῥίνη *rhine*: *r* in *l* abire notissimum, præcipuè nostris Randatiensibus, qui unum pro altero usurpant, & ipsis *mulu* est *murus*, at *muru* est *mulus*.

Limarra, *limus*, gr. λῦμα *lyma* sordes.

Limbu, *limbus*.

Limitari, *limito, as*, a *limite*, qui terminum fundi designat.

Limosina, græcè ἐλεημοσύνη *eleemosyne*, ab ἔλεος *eleos* misericordia.

Limpiu, limpiari, *limpidus*, a gr. λαμπρὸς *lampròs* splendidus.

Linaria, herba *lino* congener.

Lindina, *lens, dis*.

Linea, *linea*, quòd e *lino* fit;

li-

linea verò, quæ casami ductu sit, est a similitudine, quam habet cum *lino*, quod est *longum*, & non latum.

Linsa, *lympha*, a græco νύμφη *nymphe*, *n* abiit in *l*, ut a voce *Panormus* *Palermo*.

Lingua, *lingua*, a *lingendo*, quod a gr. λέιχω *licho* pro eodem, hoc verò ab hebr. לכך *lecac lingere*.

Linguagrossa, oppidum Messan. diœcesis, a lat. *lingua*, & gr. γλῶσσα *glossa*, idest *lingua*: ratio nominis est a fluento igneo linguiforme ætnæis incendiis in ejus finibus eructato, quod ab incolis tum latinè, tum græcè loquentibus, modo dictum fuit *lingua*, modò γλῶσσα, inde loco nomen *Linguaglossa*.

Lindu, lindura, voces gothicæ, seu Wandalicæ, ex indice apud Muratorium tom. 1. Collect. hist. Ital. ubi vox hæc bis invenitur in nomine *Rodelinda*, quod redditur *quies tranquilla*, & in *Theodelinda*, idest *populis mollis*, hinc liquet *lindu* significare *tranquillum*, *mollem*, *effœminatum*, & sanè nobis *lindu* valet elegans, mundus, *lindura* elegantia, munditics.

Linticchia, *lens*, *tis*, legumen, cujus nomen est a *lentitudine* virium, quam lens comesa inducit; nam pigro, & inerti dicimus, *e chi mangiasti linticchia?* anne lentem comedisti?

Linu, *linum*, gr. λίνον *linon*.

Linzolu, *linteolum*, vel *linteum*, quòd e *lino fit*.

Lipari, insula maris Siculi, a gr. λιπαρὸς *liparòs* pinguis, propter exquisitam fructuum dulcedinem in saxoso illo solo.

Lippu, *muscus*, seu pinguedo illa viridis petris, ac arboribus ex humido innascens, a gr. λίπος *lipos pinguedo*; adagii loco dicimus *petra*, *chi nun fa lippu*, de eo, qui nullibi diutiùs manet.

Liquidu, a *liquore*.

Lira, monetæ species, est a *libra*.

Liricu, *lyricus*, a *lyra*.

Lisció, 3. syll. *lixivium*, a voce *lix*, quæ Varroni cinerem designat. Plin. lib. 36. c. ult. *ut M. Varro auctor est*, *ipsis enim verbis ejus utor*: *lix cinis est*, *inquit*, *foci*.

Lisciu, gr. λισσὸς *lissòs lævis glaber*.

Lista, *ora*, *limbus*. Dufresn. in hac voce. *Vocis etymon ab anglosaxonico* list, *&* listan, *fascia*, *limbus*, *margo*, ... *ab hac voce nomen listæ manet etiamnum non modo pro lacinia*, *vel tænia*, *aut vitta*, *sed etiam pro catalogo*, *aut elencho*, *quòd ejusmodi indices in pergamena*, *aut chartæ laciniis longioribus perscribi soleant*.

Litania, græcum nomen *supplicatio*, *preces*.

Litargiriu, gr. λιθάργυρον *lithargyron*, ideft lapis argenti.

Liti, *lis*. Voffio eft ex ἔρις *eris lis*, ablato primo elemento, & mutato *r* in *l*, ut perfæpe folet.

Littera, cum acc. in pen. locus, in quo *lectus* fternitur v. lettu.

Littira, *litera*, a fupino *litum* verbi *lino*, hinc *litura*, & *litera*.

Liturgia, gr. λειτουργία *liturgia* minifterium publicum, tum facrum, tum profanum, peculiariter fumitur pro Ss. Miffæ Sacrificio.

Livanti, pars illa cœli, in qua Sol *levatur*.

Liveddu, *libella* vox dimin. a *libra*, qua veniunt lances, quibus pondera expendimus, hinc *liveddari*, eft rem ad *libellam* examinare.

Lividu, lividura, livuri, *lividus*, *livor*, a gr. πελιδνὸς *pelidnòs lividus*.

Livira, idem eft, ac *libra*.

Liuni, liuniffa, *leo*, *leæna*, gr. λέων *leon*, λέαινα *leæna*.

Livreri, canis *leporarius*, lat. *vertagus*.

Livria, nunc *veftis fervorum*: olim apud Gallos fuit veftis, quæ a Rege certis anni temporibus dabatur liberis, domefticis, atque officialibus. & dicebatur *liberata*, hinc manavit gallica vox *livree*: Dufrefn. in voce *liberatio*.

Liutu, inftrumentum muficum. Dufrefn. in voce *leudus*. *Leudus cantus*, *ex germanico lied cantilena*. *Fortunatus in epift. ad Greg. Turon. Epifc. præfixa lib.* 1. *Poemat*: *Apud quos nihil difpar erat*, *aut ftridor anferis*, *aut cantus oloris*, *fola fæpe bombicans barbaros leudos harpa relidebat &c. & lib.* 7. *poemat.* 8. *Nos tibi verficulos*, *dent barbara carmina leudos*: a cantu translata vox ad inftrumentum.

Lizzu, *licium*, a *ligando*.

Loccu, hifp. *loco*; etymon crederem effe a *loquendo*, itaut *loccu* ille fit, qui ineptè *loquitur*, uti & latina vox *fatuus* venit a *fando*.

Locu, locali, *locus*, *localis*; hinc locaturi locationi, a locando, hinc etiam *adduari*, ab elocando.

Locuzioni, *locutio* a *loquendo*.

Lodi, lodari, lodaturi &c. funt a *laude*: *laudis* etymon eft a λαὸς *laòs populus*, ut laus propriè fit fermo populi de virtute alicujus teftantis. Voff. in *laus*.

Loeri, *locarium*. a *locando*.

Loggia, gall. *logis*. Meffanæ loggia eft perampla porticus marmoreis colūnis inftructa, in quam mercatores conveniunt. *Xyftus* non *xiftus*, ut ty-

typorum mendo legitur in Dict. Sic. in voce *luggetta*, a gr. ξυστὸς *xyllòs*.

Logica, *logica*, gr. λογικὴ *logicè*, idest *rationalis*.

Logorari, logoratu, logoramentu, sunt a *lacerando*.

Longa, Messanæ dicuntur costæ suillæ, italicè *lonza*; in miraculis B. Simonis Tudertini n.37. dicitur *longia*. Dufresn. in *lonza*.

Longu, longhizza, &c. *longus*, *longitudo* &c. etymon forsan erit a λόγχη *lonche lancea*, eo quod *oblonga* sit.

Loquaci, *loquax a loquendo*, ipsum est a gr. λόγος *logos sermo*.

Lordu, lordia &c. sunt a voce *luridus*, ut vox ipsa sonat, hinc balordu valde *luridus*, hinc sbalurdiri, sbalurdutu, uti sunt fatui, qui *luridi* sunt,

Losciandra, hydri species, gr. λεόχονδρος *leochondros*.

Lotta, lutta, luttari, adduttari, giucari a lu lottu, sunt a *lucta*: *luctandi* verbum est a gr. λακτίζω *lactizo calcibus peto*.

Lubricu, *lubricus a labendo*, nam *lubricus* lapsui est proximus.

Luccari, de homine nummato dicimus, *avi li luccari*, nomen est a voce *lucar*, idest *pecunia*, quæ dabatur pro ludis theatralibus.

Lucchettu, pessulus, quo interne valvas munimus, alio nomine salisccndi, quod *saliat*, & *descendat*, est a gr. λύκος *lucos lupus*. Hesych. λύκοι μάνδαλοι θυρῶν *luki pessuli valvarum*, a *luku* est *lucchettu*.

Lucerna, *lucerna a luce*, hinc lucernali, vel cernali, quo lux in domos intrat.

Lucerta, *lacerta*, & *lacertus*.

Luci, luciri, lucidu &c. *lux*, *lucere*, *lucidus*, a gr. λύκη *luce*, quæ est prima lux Solem præcedens.

Lueri, *locarium a locatione*.

Lucru, lucrari, &c. *lucrum*, *lucrari*: *lucrum* est a supino *lutum* verbi *luo*; ut a supinis *lavatum*, *involutum*, *fultum*, fit *lavacrum*, *involucrum*, *fulcrum*, ita a *lutum* est *lucrum*.

Lugubri, *lugubris a lugendo*.

Lumbi, *lumbi*, *orum a lubidine*, quæ in *lumbis* est.

Lumbricu, *lumbricus* vermis, vel quòd in *lumbis* nascatur, vel quòd *lubricus* sit.

Lumi, lumera &c. a *lumine*, hoc verò a *luce*.

Lumia, lumiuni, mala *limonia*, a gr. λειμῶν *limòn* pratum irriguum, quia aquis gaudent, & locis apprimè cultis.

Luna, *Luna*, ex hebr. לבנה *levana* a rad. לבן *laban albus fuit*; lunetta *lunula*.

Lungarina, vestis *longior* a *longitudine* est illi nomen.

Lunedl, *dies lunæ*.

Luntanu, luntananza; allunta-nari, sunt a *longè*, ut patet.

Lupa, fœmina lupi, v. lupu, translatè dicitur de rubigine, quæ quasi lupa, momento segetes enecat, lupa etiam dicitur fames *lupina*.

Lupa, Messanæ dicitur immane barathrum in Divi Francisci Assisiensis, quo pro fovea utebantur PP. Conventuales ante lucem anni 1743. Abela in sua Melita fol. 100. lin. 15. *Makluba, rivoltata quivi si vede una gran voragine*; hinc videtur arabicum *makluba* significare voraginem, ex *makluba* fit *lupa* pro barathro.

Lupanaru, *lupanar*, a Lupa meretrice omnibus notum.

Lupara, pila plumbea *lupis* sclopo necandis apta.

Luppinu, *lupinus*, seu faba *lupina*, quòd *lupis* edulis sit.

Lupu, *lupus*, gr. λύκος *lucos*; *c* mutatur in *p*, ut a σκύλον fuit *spolium*.

Lupuminaru, gr. voce dicitur *lycanthropus*, qui lupi more noctu circa aquas versatur; vox *lupuminaru* hybrida est, composita ex *lupus*, & μλώη *mini luna*, quod ad lunæ phases morbus recurrat, aliàs dicitur *lunaticu*.

Luscu, *luscus* a *luce*.

Lusinga, blanditia, & blanditiæ, etymon est a voce *lusus*, lusingari idem est, ac *lusitare*, seu blandiri, & nos de eo, qui blanditiis fuit circumventus, dicimus, *lu pigghiaru a via di giocareddi*, nimirum *lusibus*, seu blanditiis.

Lussari, lussatura, *luxare*, *luxatio*, a *laxando*, quod est loco movere.

Lussu, *luxus*, a supino verbi *luo*, idest solvo, *lui lutum*, & *luxum*, luxu enim solvitur animi robur.

Lussuria, *luxuria* a *luxu*, qui corporis, vires solvit.

Lustru, a *lucendo*.

Lutta, luttari, v. lotta.

Luttu, luttuusu, *luctus* a *lugendo*.

Luvaru, avicula *ligurinus*; piscis verò dicitur *rubellio* a rubro colore.

M

MA, conjunctio adversativa, quæ orationem retinet, idem est, ac *mane* a *manendo*, consonat latino *sed*, nimirum a *sedendo*.

Macaduru, vox mihi inaudita; in Dict. Sic. vertitur *sordidus*, pro hoc nos dicimus, *duru*, *e maduru*, hinc liquet vocem *maduru* esse compositam

ex

ex hispan. *mas*, & *dura*:

Macari, adverbium optandi, vox cognita Hesychio, qui voces αἴθε, & εἴθε optandi adverbia reddit μακάρι *macari*, ab hebr. מהר *mahar festinavit*, nam quæ desideramus, ea volumus, ut citò, & festinanter eveniant.

Maccagna, magagna, sunt a *macula*.

Maccareu, læno, qui corpora prostituit, ex hebr. מכר *macar* vendidit.

Maccarruni, v. maccu.

Macchia, *macula*.

Maccia, *mula*.

Maccu, puls e fabis contusis, & decorticatis, ex heb. מוך *muc depauperari*, nam fabæ suo cortice nudatæ, pauperes quodammodo fiunt; hinc crederem esse vocem *maccarruni*, ut initium vocis *macca*, fit ex hebr. מוך *muc*, seu *mac* terminatio verò *runi* fit vocis productio, hinc est ammaccari, ammaccamentu.

Maceddu, *macellum*, & *macellus*.

Macerari, *macerare*, a *macer*, *cra*, *crum*, nam quæ *macerantur macrescunt*.

Machina, *machina*, gr. μηχανὴ *michanè*.

Maciarisi, *emaciari*, ab heb. מכך *macac contabuit*.

Macignu, *silex*, ex quo fiunt lapides ad molendum, ab ital. voce *macina*, & inserto *g*, *macignu*.

Macinari, *molere*, ex verbo *emacio* indito *n*, *emacino*, dein *macino*.

Macula, *macula*.

Madama, vox gall. *madame*; idest *mea domina*.

Madiglia, charta lusoria habens numerum septenarium, hisp. *malilla*, ab hebr. מלא *malà plenus fuit*, nam 7. est numerus plenior in aleis.

Madonna, idem ac *mea Domina*.

Maduni, *later* est a *maltha*, qua lateres fiunt, unde *maduni*, idem est, ac *maltuni*, pro quo *mattuni*, & *maduni*, hebr. מלט *melet argilla*.

Maestà, *majestas*, a gr. μέγιστος *megistos summus*, nam *majestas* est summus honoris apex.

Magagna, v. maccagna.

Magaru, *magus*, gr. μάγος *magos*, vox persica, idest *sapiens*; modo verò sumitur in malam partem, ut & ejus derivata *magaria* &c.

Magazenu, gr. μέγα ξενῶν *mega xenion*, idest *magna apotheca*. Bochartus verò deducit, ab hebr. חזן *chazan thesaurus*, hinc מחזן *machzan*, & num. plur. מחזין *machazin* pro eodem.

Magghia, *macula*, Hesyc ἅμαλλα *amalla manipulus*, ἁμάλλιον *amallion*, funis quo ligantur manipuli, hinc *magghia*, *magghitta*.

Mag-

Magghiolu; *malleolus*, dimin. a *malleus*.

Magghiu, *malleus*.

Magiſtratu, *magiſtratus*, græcè μεγιστᾶνες *megiſtanes*, ideſt Suprem', ſeu Optimates Reip.

Maggiurì, *major*, hinc maggiuranza, majuraſcu, &c.

Magnu, *magnus*, a gr. μέγας *megas*.

Mai, *nunquam*.

Majali, *majalis* ſus menſe *majo* caſtratus.

Maidda: gr. μάγις ἴδος *magis magidis*, lat. *mactra*.

Maiſi, novalis Majo ſubactus.

Majorca, frumenti genus ex Majorica inſula delatum, lat. *Siligo*, ut patet ex Plinio lib. 18. cap. 8. *Siliginem propriè dixerim tritici delicias, candor eſt, & ſine virtute, & ſine pondere*.

Majorchinu, caſeus menſe *Majo* factus.

Maiſtru, *magiſter*, a gr. μέγιστος *megiſtos*, ideſt *ſummus*, eſt enim in omni ſcientia ſummus. Maiſtru dicitur malus navis, eo quòd reliquis emineat.

Maju, *Majus* menſis, cujus dies majores ſunt.

Majurana, *amaracum*. Plin. l. 21. cap. 11. *Amaracum Diocles medicus, & Sicula gens appellavere, quod Ægyptus, & Syria ſampſuchum*.

Majuſculu, *majuſculus* a *major*.

Malafrii, ſunt tenuia bombycis ſtamina, e quibus ſericum non fit, a gr. ἐλαφρὸς *elaphròs tenuis*. Heſych. ἐλαφρὰ τὰ μὴ βαθέα καὶ κοῦφα, hoc eſt, *elaphra ſunt, quæ non habent firmitatem levia*.

Malafruſcula. Pontanus in neniis.

Fuſcula nox, orcus quoque fuſculus, aſpice ut alis
Per noctem volitet fuſculus ille nigris.

Malancunia, gr. μελαγχολία *melancholia* morbus atrabilaris.

Malandrinu, hybrida vox ex ital. *malo*, & gr. ἀνδρὸς *andròs vir*, hinc malandrinu eſt *malus homo*.

Malannu, vox ipſa loquitur.

Malatia, malatu, &c. ab hebr. אמל *amal* infirmus fuit.

Mali, malu, malignu, &c. *malum* ab hebr. מעל *mahal prævaricatus fuit*.

Malva, *malva*, gr. μαλάχη *malache*.

Malvaſia, vinum ex *Malvaſia* civitate, quæ & Epidaurus.

Malvaviſca, vox hybrida ex *malva*, & ἴβισκος *ibiſcos*, ideſt *malvaibiſcus*, hinc *malvaviſca*.

Mamma, Martial. Epigr. *Mammas, atque tatas habet Afra*.

Mammella, *mamilla*, dimin. a *mamma*.

Mammulinu, puer, qui *mamillis* hæret.

Manca, manus ſiniſtra, quæ præ dexterâ infirma eſt, & viribus

bus

bus *manca*; hinc mancu adverbium pro *minùs*.

Mancari, *deficere*, ex nomine *mancus*.

Mancinu, mancusu, qui sinistrâ dexteræ loco utitur.

Mandari, *mandare*. Cic. *dimittere, & mandare in ultimas terras*. pro Syll. *typos tibi mando*, ad Att. lib. 1.

Mandatu, *mandatus jussus*.

Mandibula, *mandibula* a *mandendo*.

Mandra, gr. *μάνδρα mandra*.

Mandruni, ab eodem themate.

Manera, gall. *maniere* seculis barbaris, *maneries*, uti usus Sanutus lib. 2. p. 4. cap. 24. *dictæ galeæ sint tali modo, & manerie*.

Manetti, sunt vincula ad *manus* vinciendas.

Manganu, gr. *μάγγανον manganon machina*; mihi fit vero simile esse ab alia græca voce *μηχανὴ mechane ars, artificium*, nostra vox, uti & lat. barb.*manganum* valet machinam artificiosam.

Mangiari, *manducare*, crederem vocem hanc ortum suum debere verbo *macinari*, seu *molere*, manducando enim cibum molimus.

Maniari, *manu contrectare*, maniata locus est a fera contrectatus, *maniata* dicimus ulcera equorum, quæ fiunt ex attritu ephippii.

Manica, *manica* a *manu*.

Manifestu, *manifestus* a *manu*, & *festum*, quod est supinum antiqui verbi *fendo*, a quo est latinum *offendo*, quare *manifestum* id est, quod in *manus offendit*, adeoque clarum est, & dilucidum; verbi *fendo* reliquia est adverbium *confestim*.

Manigghia, armillæ, annuli ad *manus*.

Maniscalcu, mariscalcu, mare-sciallu &c. ex german. *march equus, & scalch dominus, præfectus*.

Manna, hebræorum cibus in deserto: cum Deus illis pluit similaginem coriandro similem illis numquam antea visam dixerunt *manhu? manhu? quid est hoc? quid est hoc*? hinc factum nomen *manna*.

Manna, linum depexum. Muratorius in opusculo *la Felicità publica*, quam nos dicimus *manna* vocat *manella*, hinc liquet esse a manu.

Mannaja, imprecatio, idest *mal annu aja*, malum annum habeat.

Mannara, *bipennis*, ital. *mannaja*. Mannisi, qui bipenni utitur ad ligna dolanda.

Manopoliu, veriùs *monopoliu*, gr. *μονοπώλιον monopolion* cum quis solus aliquid vendit.

Mansu, mansuetu, masuetudini, &c. *mansuetus*, idest *manui suetus*.

Manta, mantu, mantellu, *mante-*

tele, *is*; vel *mantelum*, & *mantellum* voces optimæ latinitatis.

Mantiniri, *manu tenere*.

Manticia, *mantica*, ſaccus coriaceus.

Manu, *manus*, quia ex illa *emanant* digiti, hinc ſunt aliæ voces, quas ad hunc fontem facilè reduxeris.

Manuedda, *veſtis*, quia manūs officium præſtat.

Manumanu, ideſt citò, conſonat hebraicæ phraſi יד ליד manus ad manum.

Mappamundu; antequam Geographi mundum in ſphæra deſcripſiſſent, idipſum præſtabant in planis quadratis, quæ mappæ dicebantur, ut ſunt Ptolomæi, hinc *mappa mundi* eſt deſcriptio orbis in plano quadrato, modo verò abuſione vocis, eſt ſphæra mundum repræſentans.

Marabutu, a turcica voce *morabìtu* locus Turcis ſacer,ubi Machometo reddunt vota.

Maraggiata, prima fronte videtur eſſe a *mari*, attamen eſt a gr. σμάραγος *ſmaragos* maris *agitatio*, hinc *ammaraggiariſi* &c.

Maramma, ex gr. μάλαγμα *malagma*, calx in aqua diſſoluta.

Maravigghia, *mirabilia*, ut a *filia* eſt *figghia*, ita a *mirabilia maravigghia*, hinc maravigghiarſi &c.

Marca, mercu, marcari, mercari &c. a barb. voce *marca* pondus, ſeu moneta ſigno publico ſignata, hinc translata vox ad quodlibet ſignum; & quando quis lapidis ictu vulneratur,dicitur *mercatu*,ideſt ſignatus.

Marcia, a *marcendo*, marciuſu *marçidus*, marciri *marceſcere*.

Marcia, *equitatus*, marciari, *equitare*, a german. *march* equus;

Mareſciallu, ex german. *march* equus, & *ſcalch* dominus, hinc Mareſciallu *Equitum Præfectus*.

Margarita, *margarita*, græcè μάργαρον *margaron*,ab heb. גרגר *gargar granum bacca* quia margarita eſt uti granum, ſeu bacca.

Margarita, eſt etiam mobile epiſtomium, quo aquam ad libitum educimus: ignotum mihi quare ſic dicatur, forſan erit a parvulo, rotundoque foramine, per quod effluit aqua, quod margaritæ aſſimilatur.

Margini, *margo*.

Margiu, locus paludoſus, a gall. *marais*, ital. marazzo.

Margunata, vocatur a villicis palearum congeries a vento, dum triticum ventilatur, in areæ *marginem* expulſa, ideſt *marginata*.

Marguni, qui in aquis ſe *mergit* a *mergendo*,

Mari, *mare*, ab hebr. מרר *marar amarum* esse, hinc plurimæ voces notissimæ.

Mariolu, ital. *malivolo*, malevolus. Alb. cap. 11. *tutti gli matti sono malivoli, e ogni malivolo ha denti nascosti, e nella malivola anima non entra sapienza*. Crusc. translatè est *nebulo*.

Maritu, *maritus* a *mas, ris*; quāvis & syriacè *mari* sit *Dominus*; ut liquet ex 1. Petr. 3.6: *Sara obediebat Abrahæ dominum eum vocans*, in versione syriaca pro *dominum*, est מרי *mari*; unde *maritus* idem est ac *dominus* tum uxoris, cum familiæ.

Marmagghia, ital. *marmaglia* *fæx populi, plebs*.

Marmanicu, *aries furiosus*, idest gr. *μανικὸς manicòs* furiosus; translatè dicitur de irrequieto.

Marmu, *marmor*, a gr. *μαρμαίρω marmæro splendeo*, ob splendorem, qui a marmore lævigato emittitur.

Marra, *marra* instrumentum rusticum. Columel.

Marramamau, vox ficta ad felis vocem exprimendam; in quodam ludicro poematio memini quondam legisse versum hunc:

Gatta nihil contra, sed murmure marramamau.

Marranchinu, idest *manu a rampinu*, manus uncinata.

Marredda, quantitas fili in alabro circumvoluta; marredda ludus, quia suis lineis varias fili circumvolutiones repræsentat.

Marrubiu, *marrubium* herba; idest *rubia amara*.

Marrucchinu, pellis in Civitate Maroci concinnata, ut ea, quæ Cordubę fit, dicitur *corduana*.

Marruggiu, *manubrium*.

Marruna, *castanea*, gall. *marron*, translatè dicimus de errore, *pigghiari marruni*.

Marsala, Civit. Sic. *Marsala*, arab. *marza allà*, idest *portus Dei*, qui Civitati nomen dedit, is verò Caroli V. Cæs. jussu obstructus fuit.

Marteddu, *malleus*.

Martedì, *Martis dies*.

Marticana, navigium unicum habens malum, transfertur vox ad designandum illum, qui unicum habet oculum.

Martiri, gr. *μάρτυρ martyr* testis, hinc omnes voces ab hac emanantes, *testimonium* designant.

Martura, animal *martes, tis*; marturina dicitur ejus pellis.

Marva, *malva*, gr. *μαλάχη malache*.

Marvizza, *turdus*.

Marzapanu, venit a voce *marsupium*.

Marzu, mensis *Martius*.

Mascanzuni, ital. *malcalzone*; idest *malè calceatus*, seu *nudipes*, translatè dicitur *nebulo*

V fla-

flagitiosus.

Mascara, *persona*, ab hisp. *mascara*, facies hisp. *cara*; *mas* idem est ac *magis*, hinc mascara, est altera, seu *major facies*; hinc mascarari, mascarati &c.

Mascidda, *maxilla*, a *mala*, masciddata colaphus in *maxilla*.

Mascu, *vascus*, idest flaccidus, hinc maschizza.

Masculu, *masculus*; masculu dicitur tormentum æneum, quod longiori tubo inditur, ope pyrii pulveris explodendum, ita dictum a simili modo, quo masculus fœminam init.

Massa, massu, *massa*, gr. μάζα *maza*; quælibet rerum quantitas unà commixta vocatur *massa*, puta ferri, auri, &c. barbaris verò feculis vox hæc usurpata fuit pro prædiis simul junctis, quæ alio nomine dicta *mansus*; in Messanensi ditione quatuor terræ dicuntur, Massa S. Georgii, Massa S. Luciæ, Massa S. Joannis, Massa S. Nicolai.

Massara, fœmina in hisce *massis* habitans, & quia huiusccmodi sunt laboribus aptæ, idcirco transfertur vox ad denotandam fœminam laboriosam, & solertem; hinc sunt aliæ voces massaria, massariggiu, massariamentu &c.

Massima, *maxima*, seu rerum summa, transfertur ad axioma, quod brevibus scientiæ summam continet.

Massizzu, quasi e *massa* decisus; ac proinde solidus.

Mastica, gr. μαστίχη *mastiche es*.

Masticari, *masticare*, a voce μάσταξ *mastax* mandibula.

Masticogna, Messanæ dicimus *Latticogna* a copia lactis, quam herba hæc, vel leni tactu emittit, gr. τιθύμαλος *tithymalos* a papilla propter lactis copiam.

Mastinu, *molossus*.

Mastru, v. maistru.

Mastruzzu, herba *nasturtium*; quòd acri sapore *nasum torqueat*.

Mataccinu, ludio mortuum referens mimis circumsaltantibus hebr. מות *mavet mors*. Thomassinus in glossar. voce *mout* deducit hispanicum *matar* occidere, & subdit *matachim*, gall. *matassins militia armata in theatro, ni fallor, interludendum*.

Matassu, pilum, seu fistuca, quibus lapides in terra coæquamus, & pangimus, ignotum etymon; hinc ammatassari pilo, seu fistuca compingere.

Matagrifuni, contractè matrassuni, castrum Messanæ Urbi imminens in monte situm, id Matthæo Paris ad annum 1190. dicitur *mategriWin*, quod idem est, ac *mategrifum* latinè castrum *motagryphonis*; nomen est a voce *mota*, idest

ideſt *caſtellum in monte ſitum*. Dufreſn. *Mota collis, ſeu tumulus, cui inædificatum caſtellum*; hinc liquet loca, quæ vocantur *motta*, ut in Sicilia ſunt Motta Camaſtra, Motta di Fermu, Motta di S. Anaſtaſia, fuiſſe caſtra in monte ſita.

Matara, v. ſciatara.

Matarazzu, eſt a latina voce *matta* ſtorea, in qua dormiebant, a *matta matarazzu*.

Mataroccu, ruſticorum embamma, ſeu linctus, quocum carnes comedunt, ab hebr. מתק *matac dulce eſſe*, & inſerto *r* ad ſonoritatem *matroc*, inde *mataroccu*.

Mataſſa, ſericum, gr. *μέταξα*. *metaxa*.

Materia, *materia*, quia rerum *mater*.

Matina, eſt a *matutinus* per ſyncopen demptâ ſecundâ ſyllabâ.

Matri, *mater*, gr. *μήτηρ meter*, ab hebr. אם *em mater*, eo modo, quo a voce אב *ab* fuit *pater*, ita ab *em* fuit *mater*, adeoque ſyllaba *ter* eſt vocis productio.

Mattana, *dari mattana*, idem valent ac *mors*, ex hebr. מות *mut mors*.

Mattu, *demens*, etymon non elucet.

Mattula, *matula*.

Mattula, dicimus una mattula di calamu, di linu, ideſt *maſſula*, ſeu *manulla*.

Mattumatu, pavimentum e calce, & glarea, ſeu teſtulis ſimul junctis, eſt a gr. *πατῦμαι patuma calcor*, quòd *calcando* fiat, latinè *pavimentum*, quod idem eſt.

Mattuni, quia è *maltha* fit, heb. מלט *melet* argilla.

Maturu, maturari &c. *maturus*, *maturare*.

Matutinu, *matutinus, a, um*, a *matuta*, ideſt aurora.

Mauſoleu, *mauſoleum*, a *Mauſolo* rege Cariæ.

Mautu, & motu, *maltha*, e qua fiunt ollæ, lateres hebr. מלט *melet* argilla.

Mazza, malleus grandior ad lapides frangendos, nomen eſt a *maſſa* gemino *ſſ* in *z* abeunte, ut a *maſſa*, *patriſſo*, *maza*, *patrizo*: pro inſigni Magiſtratuum dicitur a ſimilitudine, quam habet cum malleo, vulgariter mazza; *maza* villicis eſt gleba grandior, quæ ab aratro vomitur, idem eſt ac *maſſa*.

Mazzacani, v. coddanti.

Mazzamurra, fragmina panis biſcocti, hiſp. *mazzamorro*.

Mazzara, cum acc. in antipen. lapis, ſeu plumbum, quo horologium movetur; *mazzara* ab obſtetricibus dicuntur prima alvi excrementa, quæ a puero recens nato egeruntur, quæque a Medicis dicuntur *meconium*; eſt & nobis adagium,

gium, *ci fazzu cacari la mazzara*, quod idem est, ac *non inultus abibit*; nomen *mazzara* est ab hebr. מזר *mazar* extraneus, nam, quod horologium movet, nil habet cum rotis commune; ita & de pueri prima excretione, quæ extraneum quid est a conceptu.

Mazzára, cum acc. in penult. Civ. Siciliæ nomen illi a fluvio *Mazaro*, cujus meminere antiqui Scriptores, & Bochartus.

Mazzu, idem est ac *massu*: omnia invicem ligata vocamus *mazzu*, un mazzu di ligna, di fogghi, &c. hinc ammazzari, est in fascem ligare: *ammazzari* verò, si veniat a *mazza*, ideſt clavâ, idem est, ac *clavâ occidere*.

Mbabaniri, est a babbanu.

Mbarazzu, idem est, ac *impacciu*, unde *mbarazzari*, & *impacciari* idem, cujus contrarium *sbarazzari*, v. impacciari.

Mbarbughiu; ital. *garbuglio*, ab hebr. גרף *garap involvit*.

Mbarrari, *barris*, seu lignis vallare, v. barra.

Mbasta, in palla, seu cyclade mulicbri adest plica rotunda, quæ est in ipsius medio. ut si ex pedum attritu cycladis ora laceraretur, eadem refici possit, decurtando pannum plicæ; hujus vocis etymon est ab ital. *bastare*, seu *esser a bastanza*, hinc *mbastiari* est pannum sufficere; adagii loco dicimus *ci pozzu dari mbasta*, ideſt *sufficiens sum ad vim propulsandam*.

Mbattiri, *occurrere*, ab ital. *imbattere*.

Mbatula, ideſt *in vacuum* frustra, dicimus *andai mbatula* frustra ivi.

Mbisca, mbiscari, ab ital. *mischia mischiare*, essiri ntra la mbisca, mixtum esse in re aliqua; mbiscari nobis est etiam *percutere*, non mbiscari *ne percutias*, mi mbiscò *me percussit*.

Mboffa, colaphus in genam impactus ab ital. *ingoffo* pro eodem.

Mbracari, est aliquid ligare, eo modo, quo *braca* ligatur.

Mbrattari, idem est ac italicum *imbrattare*.

Mbriacari, *inebriare*, ab *ebrius*.

Mbriachi, fructus sunt arbuti, nomen habent a rubro colore, ac si ebriosis similes essent.

Mbrogghiu, nodus est, cujus exitus minimè patet, transfertur ad dolos, & technas, quibus irretimur, nomen est a barb. voce *brolium nemus silva*, cui exitus non patet.

Mbruniri, mburniri, mbrunutu, mburnutu, *nigrescere*, *nigrum esse*, a voce ital. *brunu*, niger, argentu mbrunutu, argentum adeo lævigatum, ut nigrorem induerit.

Mbuc-

Mbuccamuſchi, avicula muſcis victitans.

Mbuccari, in *buccam* indere.

Mburdiri, idem eſt ac junco, qui arabicè dicitur *bordi*, ligare. Abela fol. 86. *caſal bordi .... bordi ſignifica giunco marino.*

Mburmu, nobis eſt quid involutum, & turgidum, hinc mburmari eſt locum occupare.

Mburracciari, ab hiſp. *borracho* ebrius, hinc mburracciari, eſt aliquid *inebriare.*

Mburrari, eſt in foveam, ſeu præcipitium cadere, ab hebr. בור *bor fovea, præcipitium.*

Mburru, mburru, dicimus *fari li coſi mburru, mburru*, res præcipitanter agere, ab hebr. בור *bor præcipitium.*

Mbuſcata, mbuſcariſi, a voce *boſcu*, hinc mbuſcariſi, eſt in ſilva ad inſidias latere.

Mbuſciddari, in Dict. Sic. dicitur de meſſe exuberante. Meſſanæ, quando aliquid eſt ſuperabundans, dicimus, *sfaſciddari*, ideſt *fiſcella adeo plena eſt, ut difrumpatur*, verbum verò *mbuſciddari* a quonam veniat, ignoro.

Mbuttari, in dolium, quod nobis *butti*, indere: *mbuttari* eſt etiam collo imponere.

Me, meu, *meus, a, um.*

Meatu, *meatus* a *meando.*

Meccanicu, *mechanicus, a, um;* a gr. μηχανικὸς *mechanicòs* machinalis.

Medeſimu, *idem.*

Mediazioni, actus, quo quis ſemet *medium* ponit.

Medicina, medicu &c. *medicina, medicus*, a *medendo*, gr. μήδεσθαι *medeſtha* curare, ſeu conſulere.

Mediocri, mediocrità, *mediocris, mediocritas* a *medius*, ut patet.

Meditari, *meditari*, gr. μελετᾶν *meletân*, quod idem valet.

Mediterraneu, *mare mediterraneum*, quòd in *medio terræ* ſit.

Mediu, medietà, *medius, medietas*, gr. μέσος *meſos* idem.

Megghiu, *melior, melius, l* abire in *gg*, liquet ex *palea* pagghia.

Meli, *mel*, gr. μέλι *meli.*

Melia, terra in diœceſi Meſſan. a gr. μελία *melia fraxinus*, quòd ibi olim magna fraxinus fuerit.

Meliſſa, herba apibus gratiſſima: apis gr. μέλισσα *meliſſa.*

Melodia, ita græcè, & latinè, modulatio harmonia.

Membru, *membrum*, gr. μέλος *melos* pro eodem.

Memoria, *memoria* a *memini.*

Mendicu, *mendicus* a *menda*, ideſt defectu.

Menſa, *menſa.* Varr. lib. 4. de l. l. *& quod a nobis media, a græcis μέσα menſa dici poteſt.*

Menſula, *mutulus*, quidquid ſit de voce latina, ideo dicitur *menſula*, quia in medio locatur.

Menta, *mentha*, græcè μίνθα *mintha.*

Men-

Menti, *ment*, a gr. *μένος menos* animus, vel a *meminendo*.
Mentiri, *mentiri*.
Mentri, ital. *mentre*.
Mentu, *mentum*.
Menu, *minor, minus*, a gr. *μινύθω minytho*, minuo.
Menzioni, *mentio* a *meminendo*.
Mensu, *medius*, græcè *μέσος mesos*.
Menzujornu, vox ipsa loquitur, *meridies*, ideſt *medidies*.
Merca, mercu, mercari, omnes his ſimiles voces ſunt a voce *marca*, quam germanicam eſſe, ait Georg. agric. lib. 4. de reſt. pond. p. 243. apud Voſſium.
Mercatu, locus ubi *merces* venales habentur; nempe a mercibus: pro pretio vili, & abjecto, eſt etiam ab eodem themate; nam in foro, ut plurimum, res infimo pretio veneunt.
Mercedi, *merces, dis*, a *mercando*, ideſt *vendendo*, quod ab hebr. מכר *macar* vendidit, hinc etiam eſt ſequens.
Merci, *merx, cis*.
Mercordi, *Mercurii dies*.
Mercuredda, herba *mercurialis*.
Mercuriu, *Mercurius* planeta, quin & argentum vivum.
Merenda, a merendo *merenda*, ut a præbendo *præbenda*.
Meretrici, *meretrix* a *merendo*.
Mergu, *mergus*, quia in mare ſe *mergit*.
Merguli, ital. *merli*.
Meru, e miſtu, imperium *merum*, ac *mixtum*.
Meſſi, *meſſis* a *metendo*, cujus ſupinum *meſſum*.
Meſſia, משיח *meſſiah* unctus; Jeſus Chriſtus Deus noſter.
Meſſina, *Meſſana*, Regni Sic. caput, olim *Dancle*, ſeu *Zancle*, dein *Meſſana* dicta a Meſſeniis ab eorum patria *Meſſene* in Peloponneſo.
Meſtitia, *mœſtitia* a *mœrore*, quod eſt ab hebr. מרר *marar*, eſſe *amarum*.
Meſtruu, *menſtruus, a, um*, a *menſis*.
Meta, *meta*, a Sicula voce *μύτος mytos*, quæ Heſychio eſt *ἔσχατον eſchaton, ultimus*.
Metà, mità, mitati, *dimidium*.
Metallu, mitaddu, *metallum*, gr. *μέταλλον metallon*.
Metiri, *metere*.
Metodu, gr. *μέθοδος methodos* methodus.
Metropoli, græcè *μητρόπολις metropolis*: ideſt *Urbs mater*.
Metru, græcè *μέτρον metron* menſura.
Mettiri, a *mittendo*. Luc. 9. 72. *nemo mittens manum ſuam ad aratrum*.
Meu, vox felis a ſono, ut patet.
Meu, *meus, a, um*.
Meuſa, viſcus ad fæces hepatis; arab. מזכלה *mizcla* fimetum, inde *milza*, & *meuſa*.
Mi, antiquus caſus dativus, *dimmi, dammi, fammi* dic mi, da mi, fac mi; pro quo modò dicimus *mihi*, Mic-

Micciu, gr. *μύξος myxos* pars lucernæ, e qua profertur ellychnium *myxus*, hinc micciaIoru, *astutari li micci*, pro eo, quod est vitam extinguere.

Micidiu, *homicidium*, micidaru, *homicida*.

Microscopiu, græcè *μικροσκοπῶον microscopion*.

Midagghia, & miragghia, quasi *metallia*, a metallo.

Middi, *mille*, ab hebr. מלא *malà plenum esse*, est enim numerus *plenissimus*.

Midemmi, Messanæ verò videmmi, *item*.

Midudda, *medulla*, gr. *μυελὸς myelòs*, inserto *d myuelòs*, hinc *medulla*.

Mieta, gall. *miette*, panis *mica*.

Migghiu, mensura continens *mille* passus; est etiam semen *milium*.

Mignanu, *menianum*.

Miladeci, pomorum alia vocantur, *appia*, *medica*, *punica*, *persica*, *citrea* &c. alia *decia*.

Milazzu, Civitas Messan. ditionis *Mylæ*, *arum*, est & *μύλασσος mylassos*.

Mili, duo casalia hujus nominis prope Messanam. *Milis*, *is*.

Milingiana, *melengena*, vel *malum insanum*.

Milizia, *militia* a *miles*: gr. *μελία melia basta*, inde dicti *milites*, quia *bastati*.

Millantari, millantaria &c. sunt a voce *milianta*; qua aliquid per auxesim numeri vocamus, nam dicimus, *di chistu nd' avemu milianta*, idest hujuscemodi habemus *millia*, hinc millantari *ostentare*, millantaria *ostentatio*.

Miluni, *melo*, *nis*.

Mina, minari, gall. *mine*, *miner*, lat. *cuniculus*, *suffossio*.

Minari, pro ducere, lat. *minare*: licet vox sit barbara.

Minari, minatu, *atterere*, *attritus*, idem valent, ac *maniari*, *maniatu*; hinc *cosa minata*, idem valet, ac *manu tractata*, consonat & noster modus dicendi *toccata minata*, idest res *tactu atteritur*, & novitatem amittit.

Minchia, pars, qua viri sumus, a *mingendo*.

Minera, gall. *miniere* metalli fodina, hinc minerali &c.

Minestra, a *ministrando*, portio ea est, quæ alicui dietim *ministratur*.

Mingrana, gr. *ἡμικρανία hemicrania*, dolor medium cranium occupans.

Minguli, dicimus *avi li robbi tringuli minguli*, has voces usurpamus, cum vestes adeo sunt detritæ, ut in lacinias abeant; sunt a vocibus gallicis *trencher*, idest *scindere*, *secare*, & *mincer subtilizare*, hinc *tringuli minguli*, idem valent, ac diffectum in laciniolas.

Ministru, *Minister*. *A minus*, *vel minor fit minister*,

nt

ut a magis, *vel* μέγιστος *est magister*, *sanè ut Majores sunt*, *quibus servitur*, *ita ii*, *qui famulantur minoris sunt conditionis*. Vossius.

Miniu, *minium*, græcè μίλτος *miltos*, hinc miniari, *minio pingere*.

Minna, *mamma*, gemino *m* in duo *n* abeunte; hinc *minnali* is est, qui flaccidus est instar mammæ, translatè sumitur pro ignavo.

Minna vacchina, uva, quæ græcè dicitur βούμαστος *bumastos*, idest *mamma vaccina*.

Minditta, idem est, ac *vinditta*.

Minuettu, brevis symphonia a minuritionibus, quæ in cantu fiunt.

Minula, *mæna* piscis, gr. μαίνη *mæne*.

Minuri, *minor*, gr. μείων *mion*.

Minutu, minuzii, minuzzagghia, &c. *minutus*, *minutiæ*, a *minuendo*.

Minzagnu, prædiolum, quod est in *medio* fundi majoris.

Minzanu, ital. *mezzano*, eo quòd *medium* se ponat inter venditorem, & emtorem, hinc *minzania*.

Minzina, rei *dimidium*.

Minzogna, *mendacium* est a *mentione*, qua voce olim veniebat *mendacium*. Regul. Magistri cap. 15. *Si mentionem suadet*, *frequenter legatur ex diversis*, *ubi præcipit veritatem*: vide, quod hic veritas opponatur mentioni; idest mendacio.

Miolu, *modiolus*, quia ad ejus formam factus est.

Mira, *oculi directio*, ab antiquo verbo *miro*, pro quo est *miror*, hinc italicum *mirare*, hinc nostra vox *mira*, *ammirari* &c.

Mirabili, miraculu, *mirabile*; *miraculum* sunt ab eodem fonte.

Mircanti, *mercator*, a *mercibus*; mercanzia *merx*, *cis*: omnes voces his similes sunt ab heb. מכר *macar* vendidit.

Mirceri, *mercium* venditor.

Mirmillata, Messanæ dicimus *vermillata*, quòd sit e cotoneis, pyris, aliisque rebus *vermiculi* instar ad radulam affriatis.

Mirra, *myrrha*, græcè σμύρνη *smyrne*, hebr. מור *myr* idem.

Mirrimimiu, & marramamau, idem v. marramamau.

Mirruzzu, piscis forsan *merula*.

Misa, pretium, quod a Principe rebus venalibus *mittitur*, idest ponitur.

Miscellaneu, *miscellanea* a *miscendo*.

Mischinu, hebr. מסכן *meschin* pauper, מסכנת *meschinot paupertas*, quam nos dicimus *mischinità*.

Miscu, miscugghiu, *mixtus*; *mixtio*, a gr. μίσγω *misgo*, unde latinum *misceo*, culuri *miscu*, quòd aliis sit *mixtus*.

Mi-

Miseru, miseria, miserabili, *miser*, *miseria*, *miserabilis*, a *miserando*, dignus, cui *misereatur*.

Misericordia, *misericordia*, qua ex *corde miseremur*.

Misi, misata, *mensis*, gr. μὴν *men*.

Missa, *missa* sacræ nostræ catholicæ religionis unicum Sacrificium, eo quod ad Deum *missa* sit oblatio.

Missaggiu, *missus* nuncius, qui aliquò *mittitur*.

Misseri, gall. *monsieur*, idest *mi Domine*.

Missioni, *missio* a *mittendo*.

Misteri, *ministerium*.

Misteriu, gr. μυστήριον *mysterion* a verbo μύω *myo* occulto, nam *mysteria* occulta sunt.

Mistu, mistura &c. *mixtus*, *mixtura* a *misceo*, græcè μίσγω *misgo*.

Misura, misurari &c. *mensura*, *mensurare* &c. hebr. משורה *mesura* idem.

Mitá, mitati, *dimidium* a *medium*, græcè μέσος *mesos* medius.

Mitateri, colonus, qui fructuum *dimidium* percipit.

Mitigari, *mitigare* a *mitis*.

Mitra, *mitra*. a gr. μιτόω *mitoo ligo*, nam mitra capiti alligabatur.

Mittu, andari a mittu, ire *mictum* a *mingendo*.

Miu, *meus*, *a*, *um*, a gr. ἐμὸς *emòs*, idest meus.

Mme, ovium balatus apud Diction. Sicul. forsan earum, quę in alienis partibus pascuntur, nam Messanæ ita sonant *be be*, quod etiam usurparunt antiquissimæ oves tum in Sicilia, cum in Græcia teste Cratino, cujus versus refertur apud Ælium Dionysium:

ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει,

ho d' elithios osper probaton be be legon badizi, hoc est: *Is verò fatuus quasi ovis be be dicens incedit*.

Mmerda, *merda*. Animalium stercus, ut plurimum, proprium habet nomen; *Muscerda* murium, *Sucerda* suum, *bucerda* bovum, ita fuit *Homerda*, nempe hominis, & demptâ primâ syllabâ *merda*, quæ propriè de hominis stercore dicitur.

Mò, mò, *mox*, *mox*, *modò*.

Mobili, *mobilis* a *movendo*.

Moda, modu, *modus*, ab hebr. מדד *madad metiri* mensurare, nam modus, cujusque rei est mensura.

Modaru, *modulus*.

Modda, *forceps mollis*, a mollitie, qua cedit, moddetta *forcipula mollis*.

Moddacchina, *cytisus*, non *cythisus*, ut typorum mendâ, legitur in Diction. Sic. frutex est quidam, qui ligni duritiem

non habet, a voce *muddacchiu*, ideſt, ſi dicere liceret, *mollaſter*, inde moddacchina.

Moddari, *molleſcere*, ſeu lentare.

Moddu, moddizza, *mollis*, *mollities*, ab hebr. אמלה *amalà* languidum eſſe, nam omnia mollia ſunt languida.

Modellu, *modulus*.

Moderari, ita & latinè a *modus*, ideſt menſura.

Modernu, de eo, qui *modò* fit.

Modeſtu, modeſtia, *modeſtus*, *modeſtia*. etymon a *modo*.

Modu, v. moda.

Mola, lapis *molaris*. Mola caſtrum Tauromenio imminens a *mole*, eſt enim lapidum moles; mola dens *molaris*, quo cibos *molimus* a *molendo*, vel a gr. *μύλη* *myle*; mola etiam dicitur maſſa, ſeu *moles* carnea in utero genita.

Moleſtu, *moleſtus*, qui mole ſua gravis eſt, & importunus, hinc moleſtia, moleſtari.

Moli, *moles*.

Molu, *moles* circa portum grandibus ſaxorum *molibus* ſtructa.

Momentu, *momentum*, eſt a ſupino verbi *moveo*, *motum*, a *motum* fit *momen*, hinc momentum, ut a ſupino *fractum* fit *fragmen*, inde fragmentum.

Monacu, gr. *μοναχὸς* *monachòs*, ideſt ſolitarius. Monaceddi ſunt piſciculi quidam nigri; quin & imperfectus ranarum fœtus priuſquam cauda in pedes dividatur, latinè *gyrinus*.

Monarca, *monarcha*, gr. *μονάρχης*, *monarches*, ſolus, ſeu unicus Princeps.

Monaſteriu, gr. *μοναστήριον* *monaſterion*, ideſt ſolitariorum ſtatio.

Monizioni, *monitio* a *monendo*, quod a gr. *μηνύω* *menyo* *indico*, ſeu certiorem facio.

Monopoliu, gr. *μονοπώλιον* *monopolion*, cum aliquis ſolus merces divendit.

Monſignuri, gall. *monſeigneur*, ideſt, *mi Domine*.

Monumentu, *monumentum*, a *monendo*, ut a *doceo* documentum.

Morali, *moralis*, ſpectans ad *mores*.

Morbidu, morbidizza, hæ voces uſurpantur pro molli, & delicato: nulli dubium eſt ipſas eſſe a *morbidus*, licet ſignificatio parumper diſcedat, nam *morbidus* latinè eſt *morboſus*, nempe a *morbo*; quia ergo *morboſi*, ſeu *morbidi* viribus ſunt caſſi, inde factum, ut *morbidus* ſumatur pro *molli*, & delicato.

Morbu, *morbus*.

Mordenti. Pictores, qui auream aliquam imaginem volunt effingere, antequam aurum inducant, eamdem delineant olio quodam tenaci, cui aurea bracteola adhæret, & precedens hæc delineatio ipſis di-

dicitur *mordenti*; ab hispanico *molde*, qua voce notatur *exemplar*, *typus*.

Mordiri, *mordere* a *mordendo*.

Morsa, forceps ferrariorum plancæ affixa, qua ferrum firmissimè tenent, ut elimetur, *morsus* a *mordendo*.

Morsu, un morsu di pani, di carni, &c. tantum panis, & carnis, quantum dentibus *morderi* queat.

Morti, *mors*, ab hebr. מות *mut* indito *r* ad vocis sonorem, hinc quamplures voces emanant nulli non notæ.

Moru, *maurus*, a *Mauritania*.

Moru, arbor *morus*, coluri di moru, color *mororum*, qui quadantenus niger est.

Morusu, *morosus* a *morando*.

Mossa, *motio*, a *movendo*.

Mostru, *monstrum*, a *monstrando*.

Mota, a *movendo*, hinc motivu *motivus*, *a*, *um*.

Motu, *motus*, ab hebr. מוט *mot* motus.

Motu, argilla, qua ollæ, & lateres fiunt, ab hebr. מלט *melet* argilla.

Motta. Dufresn. *Mota collis, seu tumulus, cui inædificatum Castellum*: plura loca in Sicilia, inde sunt dicta, Motta Camastra, Motta Grisuni &c.

Moviri, *movere*, hebr. מוט *mot* motus.

Mpacciu, ital. *impaccio*, hinc 'mpacciari &c.

Mpajari, e duobus *par* unum facere.

Mpapocchiari.

Mparari, ab *imperando*: Magister *imperat*, discipulus *imperata* faciens discit.

Mpari, impedimentum, hispan. *embargo*, sequestro.

Mpastucchiari, pedes equorum pedicâ vincire, ab ital. *pastoja* pedica, translatè sumitur, pro eo, qui aliquem falsis de causis circumvenit.

Mpasturari, dicitur de equis, cum anteriores eorum pedes pedicâ vincimus, ne liberiùs evagentur ab ital. *pastoja*.

Mpassuliri, instar uvæ languescere, & exsiccari.

Mpasturavacchi, serpens decem palmos longus, qui vaccæ pedes suis spiris alligat, ne moveri possit, & sic ad ubera ore applicato, lac, cujus est avidissimus, exsugit.

Mpatiddiri, dicimus de eo, qui diutiùs alicubi moratur, voce sumpta a *patella*, quæ scopulo tenacissimè adhæret.

Mpendiri, *suspendere*.

Mperrarisi, rabire uti canis, qui dicitur *perru*.

Mpetrari, vel ab *impetrando*; vel a *petra* petrescere.

Mpicari, ital. appiccare.

Mpiccica, *hedera* planta, quæ cum ex se assurgere non possit, viticulis arbores scandit, & muros; fumta hinc similitudine, *impiccicari* denotat manuum, & pedum adminiculis ascendere.

X 2 Mpic-

Mplcciu ; mpicciari, ital. *impaccio*, *impacciare*.

Mpidicari, *pedicas* nectere, impedire.

Mpidugghiari, *intricare*.

Mpigna, pars superior calceamenti, eo quòd suâ figurâ nucem pineam, *pigna* referat.

Mpignari, a *pignore*, quòd cautionis loco creditori datur; si verò sermo sit de pluribus, qui ad aliquid obtinendum totis viribus junguntur, verbum est desumptum a similitudine nucis pineæ *pigna*, quæ constat ex pluribus strobilis in unum coeuntibus.

Mpignu, dicimus de eo, qui ad aliquid obtinendum vires suas obfirmat instar strobilorum nucis pineæ, qui adeo sunt connexi, ut vix, ac ne vix manibus separari queāt, sed malleo est opus ad sejungendum.

Mpingiri, *impingere*.

Mpinguari, *pinguescere*.

Mprestari, *præstare*, in sensu exhibendi, ac dandi, licet modò nos usurpemus pro *mutuare*.

Mprinari, *plenum* facere, seu gravidare.

Mprintari, a *promptando*. Plaut. Pseud. 2. 2. 33. *Supremi promptes thesauros Jovis*.

Mprisa, ital. *imprendere*, quod verbum nullus dubitat esse ab *imprehendo*, licet verbi hujus exempla non suppetant; hinc sunt aliæ voces *mprisiari*, *mprisusu*, &c.

Mprucchiari, quidquid dicat Diction. Sic. nil est aliud, quàm porcellos sub porcæ uberibus esse lactentes, qui, quo tempore matris lacte pascuntur, dicuntur *impurchiarisi*, cùm verò ablactantur, dicuntur *spurchiarisi*, hinc translatè *impurchiarisi* dicitur de quacumque re, quæ a matre copiosum sugit alimentum.

Mpruntari, ab *imprimendo*.

Mpudda, *ampulla*, vox ipsa eloquitur, hinc *mpulletta*, *mpudduzza*.

Mpuntari, de bestiis, quæ *in puncto* sistunt, nec ultra gradiuntur.

Mpurriri, *putrescere*, mpurrutu, *putridus*.

Mpurtanti, mpurtanza &c. hæ voces sumuntur pro re maximi momenti, adeoque seria; vera tamen significatio est, rem esse *portatu* difficilem, seu *importabilem*, hac ergo de causa vocis proprietas translata fuit ad rem magni momenti denotandam.

Mpustari, verbum deductum a supino *postum* pro *positum*; vulgariter *postu* locus ubi res ponitur.

Mpostura, *impostura*, ab *imponendo*, seu calumniando.

Mpuzzarisi, *in puteum* submergi.

Muca, *mucor*, hebr. מוק *muc* tabescere.

Mucchiu, *cumulus* acervus.
Muccu, muccusu, *mucus*, *mucosus*, heb. מוק *muc* tabescere, gr. *μύξα* *muxa*.
Mucia, vox, qua venit feles.
Muddacchiu, quasi *mollaster*, *mollis*.
Muddaloru, locus in cranio, ubi sutura coronalis, & sagittalis junguntur, ita dictus, quia in pueris est *mollis*, & cartilagineus.
Muddari, muddiari &c. *mollescere*.
Muddica, eo quòd sit *mollis*.
Muddisa, nuci muddisa, *mollusca*, quia *mollis*.
Muffa, muffutu, *mucor*, *mucidus*, מקק *macac tabescere*.
Muffuletta, veriùs *buffuletta* panis turgidulus, & mollis, ital. *pan buffetto*.
Muffuli, his manus ligantur, *manicæ*, german. *moffel chirotheca*. Voss. de vit. serm. l. 2. c. 12. in voce *muffula*.
Mugani, *carduus*.
Mugghieri, *mulier*.
Muggiri, *mugire*, vox bovis a sonitu *mu*, quem *mugiens* edit.
Mugnuni, gall. *moignon* mancus.
Mula, *mula*, *mulus*, a gr. *μόλος* *molos* labor, nam animal est laboriosissimum. Voss.
Muletta, quia *mulæ* vices gerit, ac debiles in itinere adjuvat.
Mulettu, *mugil*, quasi *mugilettus*.
Mulinu, a *molendo*, hinc mulinaru.
Multiplicari, est a *multiplex*, & sicut simplex, idem est, ac *sine plicis*, duplex, ac *duas* habens *plicas*, ita multiplex, a *multis plicis*.
Multu, *multus*, *a*, *um*, ab hebr. מלא *mala* plenum esse, hinc sunt plures voces.
Mundari, *mundare* a *mundus*, hoc verò a *munditie*.
Mundalori, castagni *mundalori*, quòd facilè *mundentur*, non quòd tostæ sint, ut habet Sic. Diction.
Mundeddu, *modiolus* vox dimin. a *modius*, *modius* verò ab hebr. מדד *modad mensurare*.
Mundizza, *immunditia*, mundizzaru, quò jaciuntur *immunda*.
Mundu, *mundus* a *munditie*, seu ornatu.
Mundualdu, qui mulieris jura tuetur, defensor, ex vocibus saxonicis *mund* tutor, & *aldius* senior; in nostro Regno mulieres ad actorum validitatem assumunt mundualdum, Messanenses verò mulieres, utpote viriles, mundualdo opus non habent, earumque obligationes ratæ sunt.
Mungana, vitedda, vitula *mulgens*, quasi *mulgana*.
Mungibeddu, *mons gibel*, arabicè mons *gibel*.
Mungiri, *emungere*.
Mungiuvi, ital. *benzoino*, hinc nostra vox.

Muniri, munizioni &c. *munire*, *munitio*, a gr. *ἀμύνω amuno* munio.

Munita, *moneta* a *monendo*, quòd nos moneat valoris.

Munseddu, *monticulus*.

Munta, muntari, v. munti.

Muntagna, *montana* a *monte*.

Muntata, a *monte*.

Muntera, *pileolus*, hisp. *montera*.

Munti, *mons*, a *manendo*, nam sua soliditate semper *manet*, hinc verbum *muntari*, ideſt *montem* conscendere, hinc in sensu fœminam subigendi, quia mas conscendit, hinc munta, muntata, &c. actus conscendendi.

Muragghia, *muralia*, v. muru.

Murari, v. muru.

Mureddu, fructus *mori* arboris, mureddu est color fructui *moro* similis.

Murga, *amurca*, gr. *ἀμοργὴ amorge* fæx olei.

Murga rubrica, qua utuntur fabri in lineis ducendis, arab. *almagra* color rubrus. Cornel. in v. almagra, hisp. *almagre cinabresa forte di terra rossa*, nos abjecto articulo *al* dicimus *magra*, hinc *murga*.

Murina, gr. *μύραινα murana*.

Muriri, *mori*, ab hebr. מות *mut* mors.

Murmuru, *murmur*, a strepitu, quem vox ipsa edit, gr. *μορμύρω mormuro*.

Murra, ludus, quo duo divinare contendunt de digitorum numero, quem ambo erectis ex insperato dexteræ digitis conficient; ital. *mora*, a gr. *μορία moria* fatuitas, ac si esset jocus fatuus.

Murritti, *hæmorrhoides*, græcè *αἱμοῤῥοῒς hamorrhois* sanguinis profluvium, undecumque fluat, peculiariter est de venis in sede, quæ facilè in sanguinem erumpunt, translatè est puerorum petulantia in ludendo.

Murriuni, ital. *morione* galea; ignotæ originis.

Murseddu, & mursiddu, frustrum thunni siccatum, ita dictum, quod quantitate *morsum*, seu quantum ore *mordere* possumus, æquet.

Mursia, mursiami, vascula, quæ ex *Mursiæ* Regno, seu Urbe ad nos vehuntur, sicuti quæ ex Majore Baleari veniunt, dicuntur *majolica*.

Murtaru, *mortarium*, quasi *moretarium*; *moretum* fuit antiquorum salsamentum variis rebus constans, quæ probè conterebantur; a *moretum* fuit *moretarium* nempe vas, in quo *moretum* fiebat, inde *mortarium*; ita acutissimè Turnebus, hinc murtareddu *mortariolum*.

Murtidda, gr. *μύρτος myrtos* myrtus.

Muru, *murus*, muragghia, *muralia*, quæ ad muros spectant, hinc

hinc murari *muros* construere.
Musa, gr. μοῦσα *musa*, ab heb. מוסר *musar* eruditio.
Musaicu, opus *musivum*.
Musca, *musca*, a græco μυῖσκη *musce*, hinc *musca*.
Muscagghiuni, *musca* grandior.
Muscaloru, flabrum *muscarium*, quo muscas abigimus.
Muscareddu, pyrus muscis gratissimus.
Muscateddu, uva, vel vinum *moscum* odore referens.
Muschettu, sclopus ignivomus. a voce *muschet*, qua venit accipiter mas, qui Germanis dicitur *Sprintz* Dufresn.
Musciu, ital. *moscio* mucidus, ab hebr. מוק *muc* tabidus.
Musciumà, pars carnosior thynni sicca sale condita, aliis *mosciume*. Hisp. *moxamà*.
Muscu, *moscus*.
Muscula, fusi uncinulus, *muscula*, voce diminutiva a *musca*.
Musculu, *musculus*.
Musica, gr. μυσικὴ *musice*, ab hebr. מוסר *musar* eruditio.
Mussu, labia, quibus *mussamus*, hinc mussiari, mussiamentu, a *mussando*, hoc autem verbum est a vocula *mu*, quæ solis labiis profertur.
Mustarda, linctus *musteus ardens*, ut vox ipsa denotat.
Mustata, bellarium e *musto*.
Mustazzoli, placentæ *mustaceæ*, quòd e musto olim fierent.
Mustazzu; aliquibus est a voce *mystax, cis*, quam apud probatos authores non legi.
Mustra, a *monstrando*.
Mustrari, *monstrare*.
Mustu, *mustum*.
Musturi, *mixturæ*, a *miscendo*.
Musuluccu, siccæ quædam lactis reliquię post caseum confectum, nominis etymon ignotum.
Musuniari, manu aliquid atterere, & nitorem maculare, etymon non liquet.
Mutari, mutanda &c. a *mutando*, hebr. מוט *mut* movere.
Mutilu, gr. μύτιλος *mutilus* idem.
Muttettu, *cantiuncula*, a gall. *mot* verbum, Guillel. Durand. de modo concilii celebrandi, *cantus inordinati motetorum non fiant in Ecclesiis*. Dufresn.
Muttu, proverbium, gall. *mot*, hinc muttiari, muttiamentu.
Mutu, *mutus*, a syllaba *mu*, quam solam muti proferunt labiis compressis.
Muzzari, idem est ac minuere, ab hisp. *moço puer servus*.
Muzzicari, *morsicare*, a *morsico* frequentativo verbi *mordeo*, hinc muzzicu, muzzicuni.
Muzzuni, hydria rupta, cui collum, & manicæ desunt, a voce *muzzari*, idest minuere, quia diminuta, seu truncata est.

N'

N

N' Cum apostropho denotat *unus* n' aceddu, una avis.

Na, *una*, na doti, *una dos*.

Naca, idem ac *cuna* transpositis literis, hujus loco *cunæ, rum*, hinc verbum annacari, *cunas* motitare.

Naccari, globuli vitrei monilis loco infantium collo alligati, ab hebr. ענק *bhanac torques* addito *r* ad sonitum.

Nanfariari, *naribus fari*, ut ii solent, quibus columella decidit, qui *nanfarusi* dicuntur.

Nansia, acqua nansia; aqua *nymphalis*, quòd nymphæ ad delicias aquâ odorâ uterētur.

Nanna, nannu, v. nonna.

Nanu, *nanus*, gr. νάνος *nanos*, ab hebr. נין *nin* filius, puer, parvulus.

Nappa, vas potorium instar naviculæ, hisp. *naype*: dicimus bucca *di nappa* illum, qui patulo est ore.

Narcissu, *narcissus* herba, & flos, gr. νάρκισσος *narcissos* a sopore, quem inducit, qui νάρκη *narce* dicitur, hinc *narcoticus* soporativus.

Nardu, *nardus*, gr. νάρδος *nardos*, hebr. נרד *nered* pro eodem.

Narici, *nares*, quasi *gnares*, a *gnarus doctus*, quia naribus de rerum qualitate edocemur.

Narrari, *narrare*; a *gnarus*; nam narrando, auditorem *gnarum* facimus.

Nasca, idem est, ac *nasu scacciatu*, utraque vox elucet.

Nasciri, *nascor*, a gr. γενάσκω *genasco* pro eodem.

Nascondiri, *abscondere* a *condo*.

Nasida, in actis publicis persæpe legimus *nasidam unam*, *nasidam vineæ* &c. vox hæc idem valet, ac *linguam terræ*, *vineæ* &c. more Turcarum, qui nasum vocant terram illam protensam, quam nos dicimus *linguam*, in utraque voce *nasida*, & *lingua* servatur similitudo, etenim *nasus*, seu *nasida*, perinde ac *lingua* protenditur.

Naspa, ital. *aspo*.

Nassa, *nassa*. Cic. ad Att. lib. 15. cap. 20. *ex hac nassa exire constitui*: est ab heb. נשא *nasà* seduxit, eâ enim pisces seducimus.

Nastruzzu, *nasturtium*, eo quòd *nasum torqueat* suâ acrimoniâ.

Nasu, *nasus*, a *naribus*.

Natali, *natalis*, a *nascendo*.

Natari, *natare*, a verbo *no, as*, quod a gr. νῶ *no* pro eodem.

Natica, *natis*, & *nates*, quasi *nites*, ab *innitendo*, quia illis innitimur. Isid.

Naticchia, pessulus ligneus mobilis,

bilis; quo internè fenestras munimus, *anaticula*, ab avis *anatis* similitudine, quæ dum incedit, hinc inde se movet.

Natura, *natura* a *nascendo*.

Naufragiu, *naufragium navis fractio*.

Navi, *navis*, gr. ναῦς *naus*, hinc *navigare*, *nauta* &c.

Nausea, *nausea*, græcè ναυτία *nautia* stomachi fastidium e navis motu.

Nautica, ars *nautica*, naves regendi peritia.

Ncagghiari, & 'ngagghiari: verba, quæ propriè dicuntur de navi, dum in vada arenosa incidit, a voce hisp. *quilla* Franciosinus in hac voce. *Quilla la carena del navilio, cioè la parte curva, che sempre sta sott' acqua, e da questa si disse corrottamente* encallar, *che significa incagliare il navilio, cioè dar in secco, dovendosi dire propriamente* enquillar *da quilla*; translatè dicitur de aliis rebus, quando alicubi hæserint.

Ncagna, ncagnarisi, voces a *canum* ira deductę. Italis *star in cagnesco*, guardar *in cagnesco* torvis nimirum oculis.

Ncaniarisi, *canum more* irasci.

Nchiarinarisi, ficto illo loquendi modo, quem dicimus *gergu*, vox *chiaru* denotat *vinum*, hinc *nchiarinarisi* est *temulentum* esse.

Nciacari, nciacatu, v. ciaca.

Ncimari, Messanæ *scimari*: idem est, ac suere pannum in extrema ora, quæ dicitur *cimu*, unde *ncimari*, est suere in *cima*.

Nciminata, panis *ciminatus*.

Ncocciari, a voce *cocciu*, idest granum, inde 'ncocciari est aliquid dissolutum cogere in grana, transfertur ad quamlibet apprehensionem.

Ncuccarisi, est a voce *cucca*; qui interdiu sedet, & quiescit, noctu tamen volat, & clamat.

Ncuina, *incus*, *dis*, quod in ea metallum *cudatur*.

Ncuttu, stari 'ncuttu, idem est, ac *confutus*, ita cum alio junctus, ut confutus videatur.

Ndagghiu: homo simplex ac stupidus turpi nomine dicitur *cugghiuni*, honestiori vocabulo, idem tamen significante dicitur *ndagghiu*, idest *pindagghiu*, quòd ex alieno ore ac dictis pendeat.

Ndi, vocula nobis usitatissima, est a latino *inde*: cap. 446. Regis Alph. *Item supplica lo dicto Regno, che lu cancelleri, oi altru Officiali, che tenga sigillo, non pocza incabellari lo sigillo, attento che de tale incabellatione li vassalli, & subditi de la Majestati di lo signuri Re* inde *su vexati ... & si alcuna incabellatione* inde *fussi stata facta sia nulla*. Quare hos modos loquendi *sindi partiu*: *ndi*

nuscia na gran liti &c. latinè reddes, *inde discessit*: *inde magna lis exorta*.

Ndindi, ital. *dindo* vox est a tinnitu *ndi*,*ndi*,quem nummus edit, dum eum supra lapidem *tinnire* facimus.

Ndivinari, ndivinagghia; a *divinando*, ndivinu *divinus*.

Ne, adverbium negandi, nè chistu, nè chiddu, *nec hoc*, *nec illud*.

Ne? adverbium quærentis dicti confirmationem ab audiente *na?* gr. *ναὶ να*.

Necessità, *necessitas*, illud est necessarium, sine quo, *nec esse* possumus.

Nefandu, de quo, *nec fari* licet.

Negari, *negare*. Vossio est quasi *nec agere*, veriùs tamen est, ab hebr. נכר *necar* ignotum esse.

Negghia, *nebula*, græcè *νέφος nephos*.

Negligenti, a *negligendo*, ut a *deligendo* est *deligentia*, seu *diligentia*, ita a *non eligendo* pro quo est *negligo*, fit *negligens*, *negligentia*.

Negoziu, *negocium*, quòd *ocium neget*.

Nel, ideft *in illo*. Poliphilus l.2. c.11. *essendo in el conspecto*.

Nenia, *nenia*, & *nænia*; vox hęc Vossio est a gr. *νηνίατος neniatos*, quam in thesauro Stephani non inveni; potiùs erit a *νηνυρίζοντα nenyrizonta*, quam leges in Hesychio expositam *θρηνοῦντα threnunta lamentantem*, nenia enim carmen est lugubre.

Nenti, olim *neente*. Crusc. *niente*, *che gli antichi dissero anche neente*: hinc liquet etymon esse a *non ente*, quod idem est, ac *nihil*.

Nervu, *nervus*, græcè *νεῦρον neuron*.

Nesciri, ital. *escire*, hinc *nesciri*.

Nespulara, *mespilus* arbor, *mespilum* fructus, gr. *μέσπιλος mespilos*.

Nessunu, idest *nec unus*.

Nettari, *nectar*, *ris*.

Nettari, annettari &c. a græco *νίπτω nipto lavo*; ergo *nettari* est lavare, *nettu* lotus, *nettizza* munditia est, quę lavando fit.

Neu, *nævus*, etymon non liquet.

Neula, *nebula*, ob insignem levitatem.

Neutru, *neuter*, *a*, *um*.

Nfrinzari, *in fimbriis* hærere, translatè dicimus de eo, qui non vocatus, ultro se intrudit.

Nfurrari, v. infurrari.

Nfutari, v. affutari.

Ngarganu, ngarganari, est ab ital. *gangbero*, *gangberare*; hujus oppositum est *scancarari*.

Ngarzarisi, a gall. *garce* pellex, ngarzatu, qui pellicem habet.

Ngarzaddari, est *equum calcitrare*: *jarret*, ital. *garretto*, hinc sgarrettari, & sgarrunari.

Nghir-

Nghirri, est ab *ira*, stari in ghirri, e in guerra, nghirriamentu, nghirriusu; Messanę nghiriamentu, nghiriusu, nghiriatu,unico *r*, in his vocibus magis elucet vox *ira*.

Ngravattari, v. ingravattari.

Ngriddari, dicimus *ngriddari di friddu*; phrasi deductâ a *gryllis*, qui præ frigore moriuntur.

Porcu, *porcus*. Varr. 4. de r. r. lib. 2. cap. 4. *porcus græcum est nomen antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocant χοῖρον chœron*: hinc porcaria, porcellana &c.

Porcuspinu, eo quòd spinis horreat.

Porfidu, a gr. πορφύρα *porphyra* purpura.

Porgiri, *porrigere*, & contractè *porgere*.

Porru, *porrum*, græcè πράσον *prason*.

Por-

Porta, eo quod per eàm *importare*, & *exportare* possumus; vel ex eo quòd, in novæ urbis designatione, quæ aratri sulco fiebat, ubi aditus futurus erat, aratrum portaretur: hinc *porta*.

Portentu, *portentum*, quia *portendit*.

Porticu, *porticus*, quia pluribus *portis*, seu arcubus constat.

Portu, *portus*, quia per eum merces *portantur*: hinc portulanu.

Poru, *porus*, græcè πόρος *poros* transitus, quia per eum sudor transit.

Porzioni, *portio* a *partiendo*.

Posa, posu, *pausa*, gr. παῦσις *pausis* posari *pausare*.

Positivu, *positivus*.

Pospastu, quia *post pastum*.

Posponiri, *postponere*.

Possediri, *possidere*, idest *porrò sedere*, scilicet perpetuò tenere.

Possibili, a *possum*, idest *potis sum*.

Posta, ubi quidquam *ponitur*: fari si posti: quia anhelitus tunc quiescit.

Postergari, *post terga* locare:

Posteru, *posterus* a *post*.

Postiari, in loco *positum esse* ad insidias.

Postribulu, ubi meretrices *prostant*.

Postu, locus, seu dignitas, quia ibi vir *ponitur*; postu di curuna, quia ibi pausatur.

Postumu, *posthumus*, vel *postumus*. Voss.

Potenza, *potentia* a *possum*.

Poveru, povertà, *pauper*, *paupertas*.

Pradella, a *pedibus* quasi *pedella*.

Pransu, a *prandendo*.

Prassi, gr. πρᾶξις *praxis*: hinc prattica, pratticari &c.

Prattu, veriùs piattu, a græco πλατύς *platus latus*, *a*. *um*.

Prazzamaru, vox mihi inaudita; Delbonus vertit *pecuarius*, *qui suas cum Domini ovibus habet admixtas*; vox erit *portionarius* a *portione*, quam habet ovium.

Hic sequi deberent voces, quæ a latina præpositione *præ* sunt compositæ, quæ cum nil habeant notatu dignum, consultò prætermittuntur; iis tantùm vocibus contenti, quarum simplex, non est usitatus in lingua nostra, ut *preambulu*, *precettu*, *precipiziu* &c. nam si præpositionem abstuleris, nullibi invenies *ambulu*, *cettu*, *cipiziu* &c.

Preambulu, quòd *ambulet* ante aliquod.

Precettu, *præceptum* a *præcipiendo*.

Precipiziu, precipitari &c. *præcipitium*, *præcipitem dare* &c.

Precisioni, *præcisio*, a *præcidendo*.

Precludiri, *præcludere*.

Precoci, *præcox*, quod maturè

rè coquitur.

Preconizari, est a *præconio*.

Preda, predari, *præda*, *prædari*.

Predicari, *prædicare*. Cic.

Prædiu, *prædium*.

Prefazioni, *præfatio* a *præfando*.

Preferiri, *præferre*, hinc prefettu, *præfectus*.

Prefigiri, *præfigere*. Cic.

Pleggiu, pleggieria, *præs*, *dis* a *præstando*.

Preggiu, stima *pretium*, v. prezzu

Prelatu, *Prelatus*, a *præferendo*.

Preliminari, quòd ante *limen* sit, transfertur ad omne id, quod præcedit.

Preludiu, *præludium*.

Premettiri, *præmittere*.

Preminenza, *præeminentia*. Tac.

Premiri, premura, a *premendo*.

Premitu, quòd pondere suo anum *premat*.

Premiu, *præmium*, hinc premiari &c.

Prendiri, *prehendere*.

Prenu, prenizza, *plenus*, *plenitudo*, a græco πλεὸς *pleòs* plenus.

Preparari, *præparare*.

Prepositu, *præpositus* a *præpono*.

Prepuziu, *præputium*, quod a Judæis *præputaretur*, idest amputaretur.

Prerogativa, *prærogativa*.

Presagiu, *præsagium* a *præsagiendo*: *sagiendi* verbum, quo usus Cicero, idem valet, ac acutè sentire, hinc *præsagire*, est ante alios *sagire*, seu *præsentire*.

Presbiteru, gr. Πρεσβύτερος *Presbyteros* senior, ita dicitur Sacerdos, quòd ætate, & prudentia senior esse debeat.

Prescia, prescialoru, &c. a *premendo*.

Prescriviri, prescrizzioni, a *præscribendo*.

Presenti, presentari, *præsens*, *præsentare*. Cic.

Presenza, *præsentia*.

Presepiu, *præsepe*, & *præsepis*, quia est locus *præseptus*, idest cinctus.

Preservari, *præservare*.

Presidenti, *Præses*, a *præsidendo*.

Pressari, *premere*, a sup. *pressum*.

Prestigiu, *præstigiæ, arum*; eo quòd oculi *præstringantur*.

Prestizza, prestu, a *præsto esse*.

Presumiri, presunzioni, *præsumere*, *præsumtio*.

Preteslu, *prætextus*, vel *prætextum*.

Preti, gr. Πρεσβύτης *Presbytes* senex, contractè Preti.

Preturi, a *praeundo*. Cic. 3. de leg.

Prevaricari, *prævaricare*.

Prezzu, *pretium*, a gr. περάω *perao* vendo.

Pri, *præ* præpositio.

Priandólu, qui semet in *pretio* habet.

Priari, prigari a *precando* heb. ברך *barac* est benedicere, & dum precamur, ei, quem precamur, benedicimus.

Pricchiu, pricchiaria, *parcus*, *parcitas*. Pri-

Pricopa, malum armeniacum, gr. βερικόκκια *bericocchia*. Achmet. cap. 201.
Priggiuni, priggiuneri, &c. a *prehendendo*.
Primavera, *primum ver*.
Primati, primera, primeredda, &c. omnia sunt a *primus*.
Primintíu, *præmetivum*, seu *præmetium*, quòd *priùs* aliis *metatur*.
Primu, *primus*.
Primuni, *pulmo, nis*: hinc *pulmonaria* herba.
Principi, *Princeps*, quasi *primum caput*.
Prinzi, electuarium, gr. διαπλήρες *diaplires*.
Prisa, a *prehendendo*.
Pristizza, a *præsto esse*.
Prisumiri, *præsumere*.
Prisuttu, ideſt *perna adſucta*.
Privari, a *privus, a, um*.
Privilegiu, *privilegium*, ideſt *priva*, seu *privata lex*.
Priuri, *Prior*.
Pro, gr. πρὸ *pro*.
Probabili, *probabilis* a *probando*
Probità, *probitas* a *probando*.
Problema, gr. πρόβλημα *problema*.
Probuſcidi, gr. προβοσκὶς *proboſcis*.
Procacciari, v. pircacci.
Procaci, *procax* a *precando*.
Procediri, proceſſu &c. a *procedo*.
Procintu, eſſe in *procinctu*.
Proclamari, *proclamare*.
Proclivi, *proclivis* a *clivo*.
Procraſtinari, *procraſtinari* a *cras*.
Procurari, *procurare* a *cura*.
Prodigiu, *prodigium* a *prædicendo*.
Prodigu, *prodigus* a *prodigendo*.
Proditoriu, *proditio* a *prodendo*.
Produciri, *producere*.
Proemiu, gr. προοίμιον *proæmion*.
Profanu, *profanus*, non ſacer, quaſi *procul a fano*.
Profittu, *profectus* a *proficiendo*.
Profundu, *profundus*.
Profuſioni, *profuſio*.
Progettu, a *projiciendo*.
Prognoſticu, pronoſticu, a gr. προγινώσκω *proginoſco* prænoſco.
Progreſſu, *progreſſus* a *progrediendo*, quod a *gradior*, hoc verò ab hebr. דרג *darag* gradus.
Proibiri, *prohibere*.
Proliſſu, *prolixus*, ideſt *porrò laxus*.
Prologu, græcè πρόλογος *prologos*.
Prolungari, a *longitudine*.
Promettiri, promiſſa &c. a *promitto*.
Promoviri, *promovere*.
Promu, dicimus *unu promu*: *quattru promu* &c. cum aliquid æqualiter dividimus, vox erit *unu per omu*, *quattru per omu*: ideſt *unum*, vel *quatuor pro homine*, latinè portio virilis.
Promulgari, *promulgare*, ideſt

pervulgare.

Proniputi, *pronepos*.

Pronomu, *pronomen*, quia ſtat *pro nomine*.

Prontu, *promtus* a *promendo*.

Pronunciari, a *pronunciando*.

Propendiri, propenſioni, a *propendeo*.

Propiziu, *propitius*, qui ferendo auxilio *prope eſt*.

Proponiri, propoſitu, a *proponendo*.

Proporzioni, *proportio*.

Propriu, *proprius*, *a*, *um* a *prope*, quæ enim *prope* ſunt, quaſi *propria* ſunt.

Propugnari, *propugnare*.

Prorogari, *prorogare*.

Prorumpiri, *prorumpere*.

Proſa, *proſa*, & *prorſa*.

Proſapia, *proſapia*.

Proſeguiri, *proſequi*, a *ſequendo*.

Proſperu, proſperità, *proſper*, *proſperitas*, quia *ſpem adimplent*.

Proſpettiva, a *proſpiciendo*.

Proſſimu, *proximus* ſuperlat. a *prope*.

Proſtratu, *proſtratus* a *proſterno*.

Proteggiri, protezzioni, &c. a *protego*.

Protervu, *protervus* a *proterendo*, quia cuncta *proterit*, & deſpicit.

Proteſtari, ideſt ante, ſeu coram *teſtari*.

Protocollu, gr. πρωτόκολλον *protocollon*.

Protomartiri, gr. πρωτομάρτυρ *protomartyr*.

Protomedicu, *medicus primarius*.

Protomiſeos, ita erroneè ſcribitur, ejus loco ſcribendum *protimiſeos*, a gr. προτίμησις *protimiſis*, & patrio caſu προτιμήσεως *protimiſeos*, ideſt *prælatio*.

Protonotaru, *Protonotarius* vox hybrida, e gr. πρῶτος *protos*, & lat. *Notarius*.

Protopapa, ex Hierolexico Dominici Macri. *Protopapas* πρωτοπαπᾶς, *Archipresbyter*... *Meſſanæ adhuc extat hæc dignitas in quadam Eccleſia Catholica appellata, ac ita dicta, ex eo* (v. Catolica) *quia quando Sicilia ſub græco Imperio erat, hæc Eccleſia cum Latinis permanſit unita in confeſſione, quod Spiritus Sanctus ex Patre, Filioque procedat, licet uſque in hodiernum diem græco ritu ibi officia celebrentur, in azymo tamen conſecrant ..... Hic itaque Meſſanenſis Protopapàs præter juriſdictionem, quam in multis Eccleſiis ejuſdem Civitatis exercet, quæ olim ſibi ſubjectæ erant, non parum a Clero Metropolitanæ Eccleſiæ honoratur, in die enim Pentecoſtes ad hanc Catholicam Eccleſiam proceſſionaliter accedunt Cathedralis Canonici, Protopapàm ſuſcipientes, & ad Cathedralem Eccleſiam conducunt,* ubi

ubi græco ritu follemnes vesperas ille canit, ac tandem eisdem cæremoniis ad propriam Ecclesiam reducitur, quæ honoris demonstratio, ideo Clericis istis græcis fit in ea die ob memoriam unionis eorum cum Latinorum dogmatibus, præcipuè in materia unionis, ut diximus, Spiritus Sancti. Item in die Circumcisionis in solemni Cathedralis Missa, ibidem Epistola, & Evangelium a Græcis Subdiacono, & Diacono leguntur; in Processionibus Messanensis Protopapàs utitur eburneo baculo, ad instar Græcorum Abbatum in forma literæ T. liceat hic Protopaparum Messanensium seriem ponere, qualem ex publicis documentis confeci:

Paschalius Turusanus; anno	1130.
Joannes	1180.
Joannes Manso	1194.
* Clymi, seu Clemens	1266.
* Joannes de S. Pancratio	1272.
Theodorus	1290.
Andreas de S. Eustachio	1338.
Stephanus	1358.
Joannes de Benedicto	1381.
Gilius Zuynella	1400.
Nicolaus de Benedicto	1413.
Pantaleon de Urso	1440.
Nicolaus Galletta	1457.
Matthæus Galletta	1491.
Joannellus Galletta	1523.
Aloysottus de S. Michaele	1553.
Salvus Carrozza	1560.
Jos Dominicus Mazzetta	1583.
Petrus Faraone	1597.
Joseph Faraone	1628.

hic anno 1640. fuit exauctoratus

Jacobus Napoli	1640.
Joseph Faraone	1641.
Franciscus Enricus	1643.
Dominicus Moleti	1644.

hic anno 1646. fuit exauctoratus

Leonardus Patè	1646.
Athanasius Rizzo	1658.
Antonius Malaci	1665.
Nicolaus Maria Sclavo	1698.
Petrus Malaci, & Buglio	1709.
Joseph Vinci hujus Etymologici auctor.	1744.

* memoria Protopapæ *Clementis*, & Protopapæ *Joannis de S. Pancratio* debetur Cl. Viro D. Dominico Sclavo Panormitæ viro Sicularum Antiquitatum apprimè gnaro, & mei amantissimo.

Prototipu, græcè πρωτότυπον *prototypon*, seu primum exemplar, ita in Soc. Jesu vocatur Collegium Messan; quod reliquorum in tota Soc. fuerit exemplar. Aquilera.

Prova, provari, *probatio*, *probare*

bare. Verbum *probo* est a gr. πρέπον *prepon decorum*, nam quæ *proba* sunt, sunt & *decora*.

Proverbiu, *proverbium*.

Provettu, *provectus* a *provebo*.

Providiri, providenza, *providere*, *providentia*, providere est *porrò*, idest *longè videre*.

Provincia, *provincia*. Festus; *provinciæ appellantur, quòd populus Rom. eas provicit, hoc est ante vicit*.

Provocari, *provocare*.

Provula, gr. προβολὴ *probole projectus*, a προβάλλω *proballo* projicio, idest *priùs emitto*, eo quòd *provula* sit caseus e primo flore lactis spissatus.

Prua, gr. πρῶρα *prora*, hinc *pruisi* funis ad *proram* alligatus.

Prudenti, prudenza, *prudens*, *prudentia*. Cic. 1. de leg. *ex providendo est appellata prudentia*.

Prunara, *prunus* arbor. Theoph. πρύνη *prune*.

Prunedda dill'occhiu; *Brunella* a colore *bruno*. Schobar.

Prunesta, uva *prunis* similis; alia a *bumasto*, quæ dicitur *minna vacchina*.

Pruppa, *pulpa*.

Pruppaina, *propago*.

Pruppu, gr. πολύπους *polypus*.

Pruritu, a *pruriendo*, seu *perurendo*, *pruritus*.

Ptru te, ptru te, ita jumentum sistit agaso, idest *putru teni*.

Puberi, pubertà, *pubes*, *pubertas*, a gr. ἥβη *bebe* idem.

Publicu, *publicus, a, um*, olim *poplicus*, a *populo*.

Pudagra, græcè ποδάγρα *podagra*.

Puddami, a *pullis*, puddaru, ubi *pulli*, seu gallinæ cubant, puddicinu, *pullicenus*.

Pudditrinca, gr. πολύτριχον *polytrichon*, idest capillata.

Pudditru, *pullus* asini, gr. πῶλος *polos*.

Puddu, apum fœtus in favis *pullities*. Columel. lib. 9. c. p. 11. *cum primo verè in eo vase nata est pullities*; hinc meli di puddu, mel, quod exprimitur, quando favi pullitie sunt pleni.

Pudia. Hesyc. πόδια ἐνειλήματα ποδῶν, ἤγουν φασκίας, idest *podia involucra pedum*, idest *fascias*.

Pudicu, pudicizia, a *pudore*.

Pudiri, idest fundus, a *possum*; quia fundi ubertate *possumus*.

Puerizia, *pueritia*, a *puer*, qui hebr. בר *bar* dicitur.

Pugnali, *pugio* a *pugno*.

Pugnu, *pugnus*, græcè πυγμή *pygme*.

Puleu, *pulegium*.

Pulicara, *pulicaria* herba a necandis *pulicibus*.

Pulici, *pulex*, quòd in *pulvere* sit, vel a *pullo* colore.

Puliri, pulitu &c. a *poliendo*.

Pullulari; *pullulare* a *pullis* translatum ad arbores, quæ ſtolones emittunt.

Pulpa, pulpetti, *pulpa*, *pulpula*.

Pulpitu, *pulpitum*.

Pulſazioni, *pulſatio* a *pulſu*.

Pulviri, *pulvis*.

Puma d'amuri, verùs *puma d'umuri*, quia ad ſaporem cibis admiſcentur.

Pumata, quia ex *pomis* fit.

Pumici, *pumex*, ideſt *ſpumex*, eſt enim lapis *ſpumoſus*.

Pumu, *pomum*, quaſi *opimum*.

Pungiri, *pungere*, a gr. πήγω *pigo figo*, nam *figendo pungimus*.

Punenti, ubi Sol occidit, a *ponendo*.

Puniri, *punire* a *pœna*.

Punta, puntaloru, puntapedi, puntiari, ſunt a *pungendo*, ut liquet.

Puntiddu, puntigghiu, puntiggiuſu, a *puncto*.

Puntuali, puntura, a *puncto*.

Pupa, pupu, pupiddu, pupilla, puppatula, & pappatula, ſunt voces diminutivæ a *puer*: puer verò ab hebr. בר *bar* filius: lat. *puer*, *pupus*, *pupa*, *pupulus*, *pupula*, *pupillus*, *pupilla*.

Puppa, *puppis*.

Purata, *pus*, *ris*, gr. πύος *puos*, & πύον *puon*.

Purciddana, *portulaca* herba.

Purga, purgari, a *purgando*.

Purpura, græcè πορφύρα *porphyra*.

Purrazzi, herba, quia folia habet *porro* ſimilia.

Purritti, Perottus. *Verrucæ in corporibus dicuntur ſupereminentes veluti globuli duriores, quos vulgò porros appellant*.

Purrutu, mpurrutu, mpurriri; *putridus*, *putreſcere*, a gr. πύθω *putho putreo*.

Purtedda, locus anguſtus, ut *porta*.

Purteri, quia ad *portam* ſtat.

Puru, purità, *purus*, *puritas*; ab hebr. ברר *barar* purgavit בר *bar* purus.

Puſari, puſata, a *pauſando*, gr. παύσις *pauſis* ſyriacè פש *paſc* quievit.

Puſentu, a *pauſando*.

Puſeri, *pollex*, gall. *pouce*.

Puſeri, adverbium temp. *nudius tertius*, ideſt *prius heri*.

Puſillanimi, *puſillanimis*.

Puſtema, gr. ἀπόστημα *apoſtema*.

Puſtilla, *poſt illa*, hinc puſtillari.

Puſtizzu, calcei aſſumentum, a *ponendo*. Patruni puſtizzu, qui navi mercibus onuſtæ præficitur a Domino mercium, gr. πιστικὸς *piſticòs* fidus, fidelis, & nos diceremus *tu fidatu*, cujus *fidei* merces creduntur.

Puſu, *pulſus* a *pulſando*, ibì enim arteriæ *pulſus* ſentitur.

Puta, putari, a *putando*, ideſt *amputando*.

Putiga, gr. ἀποθήκη *apotheca*.

Puti.

Putiri, a *possum*.

Putra, putru, pullus asini, gr. *πῶλος polos* idem.

Putredini, *putredo* a *putresco*.

Putruni, putrunaria &c. sunt a voce *pudditru*, *pudditruni*, & quia hi quousque corporis firmitatem habuerint, oneri non succumbunt, fit inde, ut vox translata sit ad signandum, inertem, & desidem.

Putta, puttana, puttu, puttinu, sunt a latino *putus*, *putillus*, idest *parvus*, *parvulus*, & sunt voces amasiorum: esset & aliud etymon. sed castis auribus parcendum.

Puzza, *putor*, *ris* a *puteo*.

Puzzu, *puteus*, gr. *βυθὸς buthòs fundus*.

Puzzulana, *arena puteolana*, ad nos *Puteolis* veniens.

Q

Quadragesima, & quaraisima, *Quadragesima*.

Quadranti, *quadrans*.

Quadratu, *quadratus*, *a*, *um*.

Quagghia, hebr. שלו *selau*.

Quagghiaru, quagghiata, vide quagghiu.

Quagghiu, *coagulum* a *cogendo*, vel ab herba *γάλιον galion*, qua lac densatur.

Qualchi, *aliquis*.

Quali, qualità, *qualis*, *qualitas*.

Qualisia, *qualis*, *is sit*.

Qualmenti, *qualiter*.

Qualsivogghia, *quivis*.

Qualunqui, *quicumque*.

Quandu, *quando*.

Quantu, *quantus*, *a*, *um*.

Quaranta, *quadraginta*, hinc quarantana &c.

Quarta, quartu, *quartus*, *a*, *um*.

Quartana, febris *quartana*.

Quartara, quia majoris mensuræ *quarta* pars est.

Quartaruni, rotuli siculi pars *quarta*.

Quarteri, pars urbis, quæ, ut plurimùm, *quarta* est.

Quartettu, quòd *quatuor* versibus constet.

Quartiari, in *quatuor* dividere.

Quartu, *quartus*, *a*, *um*.

Quasi, *quasi*.

Quaternu, *quaternio* vox barb.

Quatrara, ita Calabri vocant puellam, ac si esset *quadrantaria*, sicuti & apud nos aliquando honesta puella joco dicitur *bagasciotta*.

Quatrari, *quadrare*.

Quatru, *quadratus*; de tabula picta, quia, ut plurimum, in *quadrum* est secta.

Quercia, *quercus*.

Querela, *querela* a *queror*.

Quesitu, questioni, questua, questuari &c. a *quærendo*.

Quieti, quietu, quietari, a *quies*.

Quindici, quindena, quinquagesima &c. a *quindecim*.

Quin-

Quintu, *quintus, a, um*.
Quintali, v. cantáru.
Quinternu, quia numeri majoris *quinta* pars est.
Quisquilia, *quisquiliæ*,

Quitanza, a *quiete*.
Quota, *pars quota*.
Quotidianu, *quotidianus*, idest *quotidie* veniens.
Quozienti, *quotiens* a *quotus*.

R

RAbba, in Regni pragmaticis sunt duę sanctiones pro *rabba* frumenti; vox erit ab hebr. רבה *rabab multiplicavit*, quòd sit instituta hæc *rabba* pro peculio frumentario pauperum, ut *multiplicetur*, seu, ut vulgò dicimus, *per fari colonna*, vel ab alia rad. רבק *rabac impinguavit*, ac si diceremus l'Officiu *di lagrascia*, ut Universitas abundet pane; hinc rabbacotu, qui *rabbæ* præest.

Rabbatu, *suburbium*, arab. רבד *rabad* pagus, vicus.

Rabbía, *rabies*, arab. רב *rab* est commoveri. Psal. 2. 1. *multi insurgunt adversus me* arabicè est ארחב *atrab*.

Rabbinu, *rabbinus*, hebr. רב *rab* magister.

Rabbiscu, ornatus arabicus.

Rabbuffarsi, idem est, ac denuo turgescere instar *bufonis*. Hic nota particulam *re*, quam seorsim non dicimus, sed vocibus præfigimus, ut plurimum significare actionis reduplicationem, quare in vocibus ex ea compositis satis erit recurrere ad vocem simplicem, ubi ejus etymon habebitur.

Raccamu, roccamu &c. ex hebr. רקם *racam acu pingere*.

Raccapizzari, ital. *raccapezzare*.

Raccapricciarisi, idem est, ac præ horrore *rigere*, atque pilos *arrigere*, id alia voce dicimus arrizzarisi, ital. *arricciarsi*.

Raccogghiri, *recolligere*.

Raccumandari, denuo *commendare*, barb. *recommendo*.

Raccuntu, raccuntari, ital. *racconto*, v. cuntu.

Racina, *racemus*, gall. *raisin*; a gr. ῥάξ *rhax* acinus.

Radda, raddusu &c. ab hebr. גרד *garad* scalpere, quia scabiosi semper scalpunt.

Radduppiari, a *duplus duplare*; ita barb. *reduplare*, seu raduppiari.

Radenti, a *radendo*.

Radiari, *radiare* a *radius*, hoc verò a gr. ῥάβδος *rhabdos* virga, quia radii virgæ sunt.

Radica, *radix*, gr. ῥίζα *rhiza* sæpius dictum *z* in *d*, & con-

contra converti.

Radici, *rhaphanus*, quia fructus in *radice* est.

Radiri, *radere*, a gr. ῥᾴδιον *rhadion facilè*, quia radendo, aspera *facilia* redduntur.

Radugnari, rasugnari, risugnari, a *radendo*.

Raffigurari, a *figurando*.

Raffinari, ad *finem* ducere.

Raffrenari, *refrænare* a *fræno*.

Ragalbutu, *Rabalbutum* Civitas ditionis Archiep. Messan. qui Rahalbuti Comes dicitur, vox arab. *rabal*, idem valet, ac *statio*, seu *casale*; varia loca in Sicilia nomen habent ex arab. *rabal*, ut *Rabalmutu Rabaliceusi* &c.

Ragatu, stridula moribundi respiratio, a gr. ῥάθαγος *rhathagos* strepitus: hinc ragatusu, qui respirando strepitum edit.

Ragazzu, *puer*, heb. רגז *ragaz furor*, *motus*, convenit pueris, qui inquieti sunt, qui hac de causa græcè dicuntur μωροὶ *morì*, idest fatui.

Ragghiu, ragghiari, *ruditus* est a rumore.

Raggia, *rabies*, gall. *rage*.

Raggiu, *radius*.

Raggiuni, *ratio*; mutato *t* in *g*, ut a *verto vergo*.

Ragnu, *araneus*, gr. ἀράχνη *arachne*, ab hebr. ארג *arag* texuit.

Ragù, ferculum, gall. *ragoust*.

Ragunari, raunari, ab *adunando*, quo usus Justinus 7. 2. 12. & 15. 4. 22. hinc *radunatio*, nempe divisa ad *unum* cogere.

Raja, a *radiis*, piscis *raja*:

Raisi, capuraisi, heb. ראש *rosc* caput; arab. *raiis* primus, caput.

Rallegrari, v. allegru.

Rallentari, v. lentu.

Rama, ramu, ramagghi &c. *ramus*, gr. ὄραμνος *oramnos* ramus.

Ramaci, *ramaces* a *ramis*.

Rametta, Civ. Messan. districtus, ab hebr. רמות *ramuth excelsa*, seu *alta*, quia in summo vertice montis locata; in diplom. Guillel. Regis Siciliæ. quo largitur Monasterio Sanctæ Mariæ de Scalis casale *rabalelmelum*, ita describitur, *quod est situm inter Rameth*, *& Montem fortem versus mare*.

Ramingu, a gr. ἔρημος *eremos* desertus.

Rammaricu, *amaror*; rammaricarsi *amaro* animo esse.

Rampa, rampari, rampinu &c. a gr. ῥάμφος *rhamphos* rostrum avium rapacium, quin & adunci avium, & quadrupedum ungues dicuntur *gramphi*.

Rampicari, unguibus, & uncinis ascendere a gr. ῥάμφος *rhamphos*.

Rampinu, v. rampa.

Ramu, ab *æs*, *ris* fit *æramen*, inde *ramu*.

Ra-

Ramurazza, *armoracia*, offic.

Rana, *rana*.

Rancidu, *rancidus*, rancidizza, *rancor*, odor olei corrupti, gr. τάγγος *tangos*.

Rancuri, *rancor* propriè est odor olei corrupti, transfertur ad animi aversionem.

Randazzu, Civitas Messan. ditionis Randatium.

Rangu, gall. *rang*, seu *reng*, ab alia voce *ringo*, qua venit linea, hinc *rangu* est linea, rangu di nobili, *linea nobilium*.

Rannicchiarisi, v. nicchia.

Ranocchia, *rana*, a soror *siròcchia*, a rana *ranocchia*.

Rantaria, carcer animalium errantium, ne fundis damno sint.

Ranunculu, *ranunculus* herba, & flos a viridi *ranarum* colore nomen habens.

Ranzudda, v. granza.

Rapa, *rapa*, gr. ῥάπυξ *rhapyx*. Athen. lib. 9.

Rapaci, rapidu &c. *rapax*, *rapidus* &c. a *rapiendo*, græcè ἅρπαξ *harpax* rapax.

Rapitta, vox Messan. gr. ῥάπυξ *rhapyx*. Athen. lib. 9.

Raru, raritá, *rarus*, *raritas*.

Rasa, rasaturi, lignum teres, quo modius raditur, ut cumulus decidat, est a *radendo*; vide radiri.

Rasca, resca, risca, idem: propriè est de *aristis*, idest spinis illis, quibus spica frumenti, vel hordei horret, & dicitur ab *arendo*, quia sunt *aridæ*, a simili transfertur ad piscium pinnas, denique, ad eorum squamas, hinc *rascari rascaturi* &c.

Rascu, flos lactis, gr. γραῦς *graus*.

Rasiculmu, Promontorium inter Pelorum, & Mylas; græcè φαλάκριον *phalacrion*, idest *calvum*, quia est planissimum, & quasi novaculà *rasum*, & vox ipsa *rasiculmu* idipsum sonat, scilicet *culmen rasum*, vel erit ab hebr. ראש-כרמי *rosc carme*, idest *caput vinearum*, nam tota ejus planities vineis constat.

Rasolu, rasula, a *radendo*.

Raspa, raspari, *aspera*, *æ*, *asperare*.

Rasserenari, a *serenando*.

Rassignari, *resignare*.

Rassodari, a *solidando*.

Rassumigghiari, a *similitudine*.

Rasteddu, *rastellum* a *rastrum*, quod a supino *rasum*, ut a *rodo rosum*, inde *rostrum*, ita a *rado*, *rasum*, *rastrum*.

Rastru, pro vestigio, seu indicio, est a sulculo illo, quem *rastrum* suis dentibus signat in terra.

Rasu, sericum *rasile*, seu *rasum*.

Rasula, *radula* a *radendo*.

Rata, *rata* a part. verbi *reor*, hinc *rata* est pars quædam rationi congrua.

Ratificari, a *ratum faciendo*.

Rattu, sorex silvestris, hisp. *raton*

ton, gall. *rat*, hinc *rattera* decipula ad hos *sorices* capiendos.

Rattu, *raptus* a *rapiendo*.

Ravioli, *rabiolæ* apud Matth. Paris 1243. *Cremonam tandem perveniens rabiolas, & ceratia comedens.* vox barb.

Raucu, raucedini, *raucus*, *raucedo*: a voce *ravis*. Festus. *Ravim antiqui pro raucitate dicebant*. Plaut. *expurgavi hercle omnia ad raucam ravim.*

Raunari, v. ragunari.

Ravvidiri, *revisere*.

Ravvivari, *reviviscere*.

Razza di cavalli &c. a barb. *baracia* Belluac. lib.31.cap.143. 10.*millia equorum, qui erant in pascuis, & baraciis*. Monast. Anglic. tom. 2. p. 967. *decimam de baraciis equorum, equarum*: erit ab *bara*, ideſt ſtabulum.

Razza, panni di razza; panni *Atrebatici*.

Razzi, herba *lapsana*.

Razzicunari, razzicunatu dicimus de plantis, quæ non creſcunt, ſed, uti plantatæ fuerunt, remanent: eſt ab hebr. זקנה *zacbena* ſenectus, hinc razzicunari, eſt *ſeneſcere*.

Razzioni, razzionali &c. ſunt a *ratione*.

Re, Regina, &c. *Rex*, *Regina*, &c. a *regendo*.

Recalcitrari, a *calcibus*.

Recenti, *recens*.

Recidivu, a *recidendo*.

Recipienti, a *recipiendo*.

Reciprocu, *reciprocus*.

Recitari, *recitare*.

Reclamari, *reclamare*.

Recluſoriu, a *claudendo*.

Recluta, iterata *collectio*.

Reconditu, a *recondendo*.

Recuperari, a *recuperando*.

Recurriri, recurſu, v. curriri.

Redenturi, *Redemtor*, a *redimo*.

Redimiri, *redimere*.

Referenda, a *referendo*.

Refezzioni, a *reficiendo*, refetoriu, ubi corpus *reficitur*.

Refocillari, propriè eſt *foco* vires recuperare, translatè de cibaria *refectione*.

Refrazzioni, *refractio* a *frango*.

Refrigeriu, *refrigerium*.

Refugiu, *refugium* locus, ad quem *fugiendo* confugimus, tutela, aſylum.

Regenerari, *regenerare*.

Regia, regioni, &c. a *regendo*.

Reggiri, *regere*.

Regiſtru, *regeſtum* a *regero*.

Regnu, regnari &c. *regnum*, *regnare*, &c. a *rege*.

Regula, a *regendo regula*.

Reità, v. reu.

Reiterari, *iterare*.

Relaſſu, *relapsus*.

Relativu, relazioni, *relativus*, *relator*, a *refero*.

Relegari, *relegare*.

Religioni, *Religio*.

Reliquia, a *relinquendo*.

Reluiri, reluizioni, *reluere* a *luendo*, ideſt *ſolvendo*.

Re-

Reluttari, *reluctare*; v. lutta.

Rema, græcè ῥεῦμα *rheuma* fluxus.

Remediu, remediari &c. *remedium*, *remedio*, *as*.

Reminiscenza, a *reminiscor*.

Remissioni, *remissio*.

Remora, *remora* a *remorando*.

Remota, pulvisculus, qui molendini rapido motu *removetur*.

Remozioni, a *removendo*.

Remunerari, *remuneror*.

Renitenti, qui *renititur*.

Rendiri, rendita &c. *reddere* *redditus*; renditura de lacte cum copiosè fluit.

Renunza, renunzari, *renunciatio*, *renunciare* a *nuncius*.

Repentinu, *repentinus, a, um* a *repente*, quod est a gr. ῥέπω *rhepo inclino*, *propendeo*, nam quò quid propendet, eò subitò fertur, ut in lance videmus.

Repertoriu, a *reperiendo*.

Repitu, nænia lugubris a *repetendo*, nam præficæ, quò ad lacrymas incitarent, suis lessibus defuncti gesta *repetebant*.

Repletu, *repletus* a *repleo*.

Replica, replicari &c. a *plicis*, nam cum *plica* supra *plicam* iteratur, fit *replicatio*, translatè sumitur pro quavis re, quæ iteratò fit, quin, & de responsione, cum loquenti respondemus.

Reprimiri, iteratò *premere*.

Reprobu, reprobari, v. prova.

Republica, *res publica*.

Repudiu, *repudium* a *pudore*, quia sponsa ob res turpes, & *pudendas* repudiatur, vel quia *repudium* cum *pudore* fiat.

Repugnari, repugnanza, a *repugno*.

Requisitu, *requisitus*, *a*, *um*.

Resca, v. rasca.

Rescindiri, a *rescindo*, quod e gr. σχίζω *schizo scindo*.

Rescriviri, v. scriviri.

Residenti, residenza, a *residendo*.

Residuu, *residuus, a, um*. Cic.

Resignari, a *resignando*.

Resistiri, a *resistendo*.

Respirari, a *respirando*.

Resta, *restis*. Vossio est ab hebr. רשת *rescet rete*.

Restituiri, *restituere*.

Restringiri, *restringere*.

Restu, id quod *restat*.

Resuscitari, *resuscitare* a *cieo* moveo, hinc *citare*, *incitare*, *suscitare* &c.

Reticenza, a *reticendo*.

Reticu, *hæreticus*, qui aliam mentem habet, nec se ex ea avelli sinit, & proinde contentiosus.

Reticulu, *reticulus*, & *reticulum* a *rete*.

Retina, qua jumenta *retinemus*; gr. ῥυτῆρες *rhyteres*.

Retina, tunica oculi *retiformis*.

Retorsioni, jaculum contra nos intortum, in hostem *retorquere*.

Retrattari, *retractare*.

Retribuzioni, *retributio*.

Retrocamera, quia *retro cameram* eſt.
Retrocediri, *retro cedere*.
Retrogradu, *retrogradus*.
Retroguardia, *agmen retro*.
Retrovindiri, *retro vendere*.
Rettificari, *rectum facere*.
Rettitudini, a *rectum*.
Rettorica, gr. ῥητορικὴ *rhetorice*.
Rettu, *rectus, a, um*, a *regendo*: retturi, *rector*.
Reu, *reus* a *re*, ſeu actione, qua apud Judices lis eſt, hinc reità *reatus*.
Revelari, *revelare*, ideſt *velum levare*, transfertur ad ſecreti evulgationem.
Reuma, gr. ῥεῦμα *rheuma* fluxus, hinc reumaticu, reumatiſmu.
Riamari, *reamare*.
Riatteri, a *reagendo*, nam quod venditum erat, iteratò vendunt, & agunt.
Riaviri, iteratò *habere*.
Riba, v. ripa.
Ribandizari, quòd promulgatum erat, iterum voce præconia ſubhaſtare.
Ribaſciari, ideſt *ribaſſari*, clavi cuſpidem, quæ erat erecta deprimere.
Ribattiri, iterato *batuere*.
Ribellari, *rebellare* a *bellando*.
Ribicchina, ab ital. *ribeca*.
Ribrezzu, ital. *ribrezzo* horror.
Ribuccari, *replicare*,
Ributtari, idem eſt, ac *ribattiri* ferreo clavo fabris dicto *ributto*.

Ricacciari, *propulſare*.
Ricadiri, *recidere*.
Ricalcitrari, *recalcitro*. Hor. lib. 2. ſat. 1.
Ricapitulari, per ſumma *capita* aliquid ſtringere.
Ricattari, a *captando*.
Ricavari, a *cavando*.
Riccu, ricchizza, riccamu, riccamari, ab hebr. רקם *racam* acupingere, ab heb. רכוש *recus ſubſtantia, facultates*.
Ricercari, *querere circumeundo*, nam qui requirit *circumit*.
Ricetta, a *recipiendo*.
Ricettu, quò quis ſe *recipit*.
Richiamari, *reclamare*.
Richiantari, iteratò *plantare*.
Richieſta, richiediri, a *requirendo*.
Ricintu, a *cingendo*.
Riciviri, *recipere*.
Ricociri, *recoquere*.
Ricogghiri, *recolligere*. Cic.
Ricompenſari, a *compenſando*.
Ricomprari, *comprari* eſt pretio *comparare*.
Riconcediri, iterum *concedere*.
Riconcentrari, in *centrum* colligi.
Riconciliari, *reconciliare*.
Riconuſciri, riconuſcenza, a *recognoſco*.
Ricota, ital. *raccolta*, a *recolligendo*.
Ricotta: e lacte ad primam cocturam educitur caſeus, qui eſt pars craſſior, quod reſiduum eſt, ad ſecundam cocturam denſatur in maſſam tenerio-

riorem, quam a *recoquendo* dicimus *ricotta*.

Ricriari, ricriamentu; sunt a *recreando*, transfertur ad virium refocillationem.

Ricumandari, a *commendando*.

Ricuntari, iterum *computare* transfertur ad narrationem.

Riconveniri, denuò *convenire*.

Riconzari, *reconcinnare*. Cic. lib. 2. ep. 3. *tribus locis ædifico, reliqua reconcinno*.

Ricopiari, *copia* est *abundantia*, & quia dum transscribimus, originalis majorem copiam facimus; hinc *copiari* pro *transscribere*, inde *ricopiari*.

Ricupriri, ab *operiendo*.

Ricordu, ricordari, *recordatio*, *recordari*.

Ricurriri, ricursu, *recurrere*, *recursus*. Cic. Liv. Virg.

Ricusari, *recusare*.

Ricusciri, a *consuendo*, gr. κασσύω *casuo consuo*.

Ridiculu, *ridiculus*, v. ridiri.

Ridossu, locus a ventis tutus, quasi *retrorsum*.

Ridiri, *ridere*, a gr. μειδέω *mideo rideo*.

Ridîri, iterum *dicere*.

Riduciri, *reducere*.

Ridundari, *redundare*.

Riduttu, quò multi *reducuntur*.

Rientrari, denuò *intrare*.

Rifabricari, denuo *fabricare*.

Rifari, *reficere*.

Rificari, in Dict. Sic. est *orlare*: *vestimenti oram circumsuere*, vox mihi inaudita, forsan erit *orificari*, idest *oram facere*.

Rifilari, idest *fila resecare*.

Rifiriri, a *referendo*.

Rifiutu, rifiutu &c. a *refutando*.

Rifl[e]ttiri, riflessu, a *reflectendo* translatè est de animi consideratione.

Riflussu, mare *fluit*, & *refluit*.

Riforma, v. forma.

Rifricari, *refricare*, arab. פרך *farac* fricavit.

Rifriddari, a *frigesco*, quod a gr. ῥιγέω *rhigeo*.

Rifrinari, *refrænare* a *fræno*.

Rifriscari, a *frigore*.

Rifundiri, *refundere*. Cic.

Rifusa, *refusio*. Macrob. rifusu *refusus, a, um*; Virg.

Riga, *regula*, a *regendo*, hinc rigari, rigamentu.

Rigalu, rigalari a *regalis, e*, quia regium est munera largiri, hinc rigalu, munus *Rege* dignum.

Riganu, rianu, *origanum*, gr. ὀρίγανον *origanon*, quia ὄρει γάνυται *ori ganytæ*, idest *montosis gaudet*.

Rigatteri, v. riatteri.

Rigidu, rigidizza, *rigidus*, *rigiditas*. Vitruv. a græco ῥιγέω *rhigeo rigeo horreo*.

Riguardu, riguardari, v. guardia.

Rigulizzia, gr. γλυκύῤῥιζα *glycyrrhiza*, idest *radix dulcis*.

Rigurgitari, a *gurgite*, v. gurgu.

Riguri, *rigor*, gr. ῥῖγος *rhigos*.

Riiddu, avicula *regulus*.

Riit-

Riittari, *rejicere*.

Rijungiri, pro syllabatim legere, nos verò Messanæ dicimus *congiungiri*, quia syllabas jungimus.

Rilasciari, rilassari, rilassatu, rilassamentu, *relaxare*, *relaxatio* voces optimæ, nulla tamen earum mentio in Dict. Sic.

Rilavari, denuo *lavare*.

Rilegiri, *relegere*.

Rilevari, *relevare*, idest tollere in altum, hinc *rilevu*.

Riluciri, *relucere* a *luce*.

Rima, desinentia vocis comparatę cum alia, hinc voces, quæ eamdem habent desinentiam dicuntur *rimare* inter se, est a gr. ῥῆμα *rhima* cantus, vel a ῥεῦμα *rheuma fluxus*, quòd syllabę ęqualiter fluant.

Rimandari, a verbo *mando*, *as*.

Rimarcu, diximus *marca*, & *mercu*, idem significare, nempe signum, quare *rimarcu* idem valet, ac *duplex signum*, translatè sumitur pro re magni momenti, quæ pluribus signis notatur.

Rimasugghi, a *rimanendo*.

Rimbari, arrimbari, a verbo *rhombus*.

Rimbuzzari, in crumenam, quæ nobis *burza* aliquid reponere.

Rimettiri, *remittere*.

Riminari, a simplici *minari*, quod est *manu contrectare*, hinc riminari, *sæpius agitare*.

Rimisa, fari la rimisa *remissio*.

Rimisca, a *remiscendo*. Hor. *veris falsa remiscet*.

Rimitu, gr. ἐρημίτης *eremites* eremi cultor.

Rimodernari, rem obsoletam in novum modum formare.

Rimorchiu, rimorchiari, *remulcum, i, remulcare*, gr. ῥυμουλκέω *rhymulceo* funibus, ac loris traho.

Rimordiri, *remordere*, hinc *rimorsu*.

Rimoviri, remozioni, *removere remotio*.

Rimproveru, ab *improperando*.

Rimu, *remus*, græcè ἐρετμὸς *eretmòs*,

Rimuddari, *remollere*. Ovid. a *mollis*, quod ab heb. אמלח *amalà* languidum esse, mollia enim languida sunt.

Rimundari, a *mundando*, transfertur ad arborum putationem, quâ arbores *mundantur*, & ad puerperium, dum secundinæ emittuntur.

Rimutari, v. mutari.

Rina, *arena*, quia *arida* est; rinaloru theca *arenaria*, non *arenacea*.

Rinali, v. *orina*.

Rinasciri, *renasci*.

Rinchiusu, fetu di rinchiusu; *putor*, qui est in loco undique clauso, *situs*.

Rincia, fari la rincia, a græco ῥύγχος *rhynchos*, rostrum rictus.

Rincrisciri, v. incrisciri.

Rinculari, riculari, retrocedere facie tamen ad hostem conver-

versa; a voce *culus*; quæ a gr. κῶλος *colos*.
Rindina, *hirundo*.
Rinedda, *arenula*.
Rinesciri, ital. *rinscire*.
Rinettari, v. nettari.
Rinfacciari, in *faciem* exprobrare.
Rinforzu, a *fortitudine*.
Ringiuviniri, a *juventute*.
Ringraziari, *gratias* reddere.
Ringu, ringa, ital. *rango*, gall. *reng*: idem est, ac series, ordo cujuslibet rei; una ringa di suldati, *militum linea*, una ringa di palazzi, *palatiorum series*; Messanę *ringu* dicitur series Palatiorum, quæ a Minimorum Conventu, fere per milliarium protenditur ad Monasterium Basiliensium.
Rini, *renes*, a gr. ῥέω *rheo* fluo, quia per renes urina fluit.
Rinovari, *renovare*.
Rintuzzari, *truzzari*, nobis est de arietibus cum mutuò se cornibus petunt, hinc rintuzzari est hostis impetum frangere.
Rinviguriri, a *vigore*.
Rinviniri, *revenire*. Cic. 1. de Orat. cap. 38.
Rinvirdiri, *revirescere*.
Rinunza; *renunciatio*.
Rinusu, *arenosus* ab *arena*.
Ripa, *ripa*, a gr. ῥιπὴ *rhipe* impetus, quia ad ripam undarum impetus frangitur.
Riparu, *reparatio* a *reparo*: heb. ברא *barà* creavit, fecit.
Ripartiri, a *partiendo*.
Ripassari; iter *passibus* denuo *conficere*, translatè *irridere*.
Ripentirsi, iterum *pœnitere*; Messanæ est gynęceum *Repentitarum*.
Ripetiri, a *repetendo*: peto gr. αἰτέω *ateo*.
Ripezzu, ripezzari, v. pezza.
Ripiccu, diximus vocem *pica* esse ab hisp. *pico rostrum avium*; hinc est *picari* pungere, hinc *ripiccu* est *replicata punctio*.
Ripiddu, rapiddu, glarea aquam mirè siccans, a gr. ἁρπάζειν ὕδωρ *harpazin hydor* rapere aquam.
Ripidu, locus præruptus; a gr. ῥιπὴ *rhipì impetus*, vel a ῥέπω *rhepo propendeo*.
Ripiegu, a *replicando*, translatè dicimus de *consilio*;
Ripienu, *repletus* a *repleo*.
Ripigghiari, v. pigghiari.
Ripinsari, v. pinsari,
Ripintagghiu, locus periculi plenus, ubi stare non possumus, a voce *repens*, idest *præceps*.
Ripiscari, iterum *piscari*.
Ripistari, v. pistari.
Ripitatrici, v. repitu.
Ripostu, ripostari, a *reponendo*.
Riposu, riposari, a *pausando*.
Riprendiri, *reprehendere*.
Riprisagghia, a prehendo fit *prisagghia*, inde *riprisagghia*.
Riprovari, *reprobare*. Cic. hinc riprovazioni *reprobatio*.
Ripugnari, *repugnare*.
Ripuliri, iterum *polire*.

Ripurtari, *reportare*.

Riputazioni, a *reputando*, nobis *reputatio* est æstimatio bona, vel mala, quæ de nobis habetur.

Risa, actus deditionis a reddendo: pro *risibus*, v. ridiri.

Risaccari, *saccum* denuo concutere.

Risaltu, risaltari, risotu, risotari, sunt a *resiliendo*.

Risalutari, *resalutare*.

Risanari, *resanescere*.

Risapiri, a *resipiendo*, nos autem sumimus pro *rescire*.

Risarciri, *resarcire*: v. sarciri.

Riscaldari, a *calore*.

Riscattari, v. accattari.

Riscediri, ital. *richiedere*.

Riscodiri, ital. *riscuotere*.

Riscontrari, aliquid *contra* aliud locare; & transfertur ad comparationem.

Risediri, risettu, risettari; *residere*.

Risentiri, risentimentu, &c. sunt a *sentiendo*, transfertur ad iram denotandam.

Riserva, riservari, a *reservando*.

Risia, *hæresis*, & quia catholicum hominem in hæresim labere vix credi potest; hinc vox *risia* sumitur pro re incredibili.

Risicu, risicari, ital. *rischio*, *rischiare*, gall. *risque*.

Risima, ab hebr. ראש *rosc caput*: artifices dicere solent *un capu di robba*, ita risima est *un capu di carta*.

Risina, risinari, risinata, sunt a v. *sirinu*, qua nobis venit pruina, quæ herbas adurit, hinc risinatu is est, qui ad justam magnitudinem non pervenit.

Risina, *resina*, gr. ῥητίνη *rhetine*, a ῥέω *rheo fluo*, quòd ex arboribus *fluat*.

Risipula, gr. ἐρυσίπελας *erysipelas*.

Risolviri, risoluzioni, a *resolvo resolutio*.

Risparmiu, risparmiari, nobis est *parsimoniam servare*; erit a *palmo* mensura, quare *risparmiu* est, omnia *palmo* metiri, ne ultra quod possumus expendamus.

Rispettu, rispettari, *respectus*; *respectare*, a *respecto*, *as*.

Rispiru, rispirari, *respiratio*; *respirare*.

Rispittari, rispittusu, qui *respectum*, seu commiserationem meretur.

Risplendiri, a *splendore*.

Rispoſta, rispoſteri, *responsio* a *respondendo*.

Ristabiliri, a *stabiliendo*.

Ristagnari, *restagnare*.

Ristampari, v. stampa.

Ristari, a *restando*.

Ristivu, dicimus de jumento, quod non progreditur, sed in loco *restat*.

Ristoru, ristorari, &c. a *restaurando*, gr. σταυρόω *stauroo vallo*, *cingo*, translatè sumitur pro virium refectione.

Ristuccia, stipulæ, quæ in agro superſunt poſt meſſem, a *restando*, hinc *ristucciata* ager *restibilis*.
Risu, ridiri, riſata &c. *risus*, *ridere*, a græco μειδέω *mideo* *rideo*.
Risu, *frux*, gr. ὄρυζα *oryza*.
Risvigghiari, *evigilare*.
Risulta, riſaltu, riſultari &c. a *resiliendo*.
Risurgiri, a *resurgendo*.
Risuſcitari, *resuscitare*. Ovid. *positamque resuscitat iram*.
Ritagghiu ital. *ritaglio*.
Ritardu, ritardari, v. tardu.
Ritegnu, *retinaculum*, a *retineo*.
Riteſciri, *retexere*.
Riti, *rete*, olim *retis*, heb. רשת *reſcet* idem.
Ritiru, ritirari &c. a *retrahendo*.
Ritmu, gr. ῥυθμὸς *rhythmos* *rhythmus*, omnes voces græcæ a ῥ incipientes debent haſpirari.
Ritoccari, v. toccari.
Ritorciri *retorquere*. Cic. 2. Catil. cap. 1. *retorquet oculos*. Virg. 12.
Currus Juturna retorsit.
Ritornu, riturnari; a verbo *torno*, *as*, ideſt torno quidquam facere, nos verò uſurpamus translatè pro *reditu*.
Ritrairi, *retrahere* a *trahendo*: uſurpatur translatè pro eo, quod eſt coloribus alicujus faciem effingere.
Ritrattari, a *retractando*.
Ritrattu, v. ritrairi.
Ritrovari, v. trovari.
Ritruccu, ritruccari, voces *troc**bo** ludentium.
Ritruſu, *retrorsus, a, um*.
Rittoriu, *ruptorium* vox medic. a *rumpendo*, quia pellis *rumpitur*.
Ritu, *ritus*, hinc rituali.
Ritundu, ritundari: ſunt a *rotundus*, hoc verò a *rota*.
Rivali, *rivalis*. Donatus; *Rivales dicuntur æmuli de mulieribus, facta translatione nominis a feris beſtiis, quæ ſitientes, cum ex eodem rivulo hauſtum petunt, in prælium contra ſe invicem concitantur*.
Rivalità, *rivalitas*. Cic. 4. Tuſc. c. 26. *rivalitati ſimilis eſt*.
Rivelari, rivelazioni, a *revelando*,
Rivellinu, quia *retro vallum* eſt.
Rivendicari, a *vendicando*.
Riverberu, riverberari, a *reverberando*. Senec. lib. 2. de clem. cap. 5.
Riverenza, riveriri, a *reverendo*.
Riverſu, *reverſus*: riverſari pro vomere, quia cibus *revertitur*.
Rivertica, collàre *reverſum*, a *revertendo*.
Rividiri, *revidere*. Plaut. v. vidiri.
Rivindiri, *revendere*. Ulp.
Rivintari, hiſp. *rebentar*.
Riunioni, ab *unione*.

Rivocari, a *revocando*:

Rivolu, rivoluzioni, a *revolvendo*.

Rivotu, rivotari, a *revolvendo*:

Rizza, *retia* num. pl. heb. רשת *rescet*, hinc rizzagghiu *reticulum*.

Rizzu, animal terrestre, *hericius*, hoc nomine venit *echinus* marinus, quin & spinosus castanearum cortex; rizzu etiam dicitur is, qui crispis est capillis.

Rizzuta, herba, ex genere hyperici, qua fiunt manipuli ad sericum e folliculis educendum.

Robba, heb. רבב *rabbab abundantia*: gall. *robbe*, hisp. *ropas*, hinc *robbari*, & *arrubbari*.

Robbavicchiaru, qui res detritas vendit.

Robustu, *robustus* a *robore*.

Rocca, ital. *rocca*, hisp. *roca*; gall. *roche*.

Rocca, aliter *conocchia*, hinc *rucccheddu*.

Roccalumera, terra in ditione Messan. quia ibi *aluminis* est fodina.

Roccu, in ludo latrunculorum, quia *rocca*, seu *arx* est.

Roddu, ital. *rollo*, *rutulus*.

Rogazioni, *rogationes*, Cic. a *rogare*.

Rogu, *rogus*.

Romanu, æquipondium stateræ, quia ex ære est quasi *ramanu*.

Romanzu, liber lingua vulg. scriptus, quæ gallis *romani* dicebatur.

Rombu, gr. ῥόμβος *rhombos rhombus*.

Rosa, gr. ῥόδον *rhodon*.

Rosamarina, *rosmarinum*.

Rosoli, spiritus vini *roseo* colore imbutus; transfertur ad omnis generis vini spiritus, quovis sint liquore imbuti, puta anisorum, cinnamomi &c.

Rospu, *rubeta* anne a ferrugineo, seu rubro colore?

Rostru; *rostrum* a supino *rosum rostrum*, ut a *rasum rastrum* a *clausum claustrum*.

Rosula, sanguis in manibus stagnans, a *roseo* colore.

Rota, a *rotunditate*,

Rotedda, *parma* a *rotunditate*; non *pelta*, quæ fuit vel quadrangula, vel lunaris.

Rotulu, Jo: Leon. in descript. Afr. ubi de Teiicut Civitate Sus. *la libra essi la chiamano rethel, cento rethel è un cantàro*.

Rozzu, *rudis*, sæpiùs dictum *d* in z converti.

Rua, *via* gall. *rue*.

Rubbari, *rapere*, gr. ἁρπάζω *harpazo* rapio.

Rubbiolu, pannus *rubri* coloris.

Rubinu, a *rubro* colore.

Rubrica, quia *rubra* est.

Rubuni, a voce *robba* idest vestis.

Ruccheddu, v. rocca.

Rucchettu. Dufresn. *rocus*, *rochus*, *brocus vox germ. roch significans supremam vestem*, hinc

hinc *ruccbettu* parvus *rocus*.

Rudimentu, *rudimentum* a *ruditate*.

Rudiri, a *rodendo*.

Ruffianu, quia rubra veſte indutus, ut ab honeſtis diſcerneretur; omnes infames perſonæ ſignum in veſte, vel manu ferre debent, ut meretrices, quæ virgulam geſtare debebant, hebræi, qui flavo pileo uti debent &c.

Rufuliari, ſeu rutuliari de vento, ſeu turbine, qui cuncta obvia in gyrum rapit, eſt a *rotando*.

Ruga, *ruga*, gr. ῥυτὶς *rbutis* a ῥύω *rbyo trabo*, nam ruga cutem attrahit.

Ruggia, *rubigo*, quia *rubri* eſt coloris.

Ruggiada, quaſi *roſcida* a *rore*, qui δρόσος *droſos*, inde *ros*,

Rugiri, rugitu, *rugire*, *rugitus*; a ſono.

Rugna, ital. *rogna*, hiſp. *roña*, gall. *roigne*.

Rugnuni, *renes*.

Ruina, ruinari, *ruina*, *ruere*.

Rumaneddu, funiculus Romæ factus.

Rumbulu, rumbuliari, ſunt a *rutulus*, ſeu *rotulus*, ideſt *rotundus*.

Ruminari, *ruminare*.

Rumitu, v. rimitu.

Rumpicoddu, vox ipſa eloquitur.

Rumpiri, *rumpere*.

Rumuri, rumurata &c. *rumor* a *murmure*.

Runca; *runca* gladius incurvus; a gr. ῥύγχος *rbuncbos* roſtrum avium, quod eſt aduncum, & curvum.

Runfu, runfari, arrunfari, *rbonchus rboncbiſſare*, gr. ῥόγκος; & ῥόγχος *rboncos*, & *rhonchos*.

Rungulu, eſt a *ringendo*, ſeu *birriendo*, quod eſt *canum* hirrientium ſonitus.

Runda, rundari, a gall. *rond* rotundus, dicitur de juſtitia; quæ noctu urbem gyrat.

Runzari, idem eſt ac rundari, a gall. *rond*.

Ruſariu, a *roſis*.

Ruſcianu, v. ruſſu.

Ruſedda, vox ipſa loquitur.

Ruſcu, ruſicari ſunt a *rodendo*.

Ruſignolu; quaſi *ruſſignolu*, nam eſt coloris ferruginei, ac ferè *rubri*.

Ruſpi, nummi modò cuſi, idem ſonant ac *aſperi*; ideſt non lævigati.

Ruſſa, ruſſaina, ruſſuri, ruſſiari, ruſſignu omnia ſunt a *rubro* colore.

Ruſſa, vitium ſegetum *rubigo*.

Ruſſeddu, quia rubras habet pennas, gr. φοινικόπτερος *phœnicopteros*.

Ruſſia, optimum frumentum *robus* a *ruſſo* colore, ſiligo verò eſt, quam dicimus *majorca*.

Ruſticu, *ruſticus* a *rure*, quod gr. ἄρουρα *arura*.

Ruta, herba *ruta*.

Rutta, ruttami, ruttura a *rumpendo*.

Ruttu, ruttari, *ructus*, *ructare*, gr. ἐρεύγω *ereugo ructo*.

Rutuliari, instar *rotæ* circumagi.

Rutundu, *rotundus* a *rota*.

Rutuni, rituni, *rete*, quo paleæ vehuntur.

Ruvettu, *rubus*.

Ruvulu, *robur* a colore rubeo; qui in ejus fibris videtur. Festus.

Ruzzulari, a *rotando*, seu rotulando, idest instar *rotæ* circumagi.

S

SAbbatu, heb. שבת *Sabbath Sabatum*, a שבת *scabat quevit*: dies quietis.

Sabina, herba *sabina*.

Sacca, saccu, sacchetta: sunt a *saccus*, qui gr. σάκκος *saccos*, hebr. שק *sac*; hinc avis *saccu*, quæ in inferna rostri parte *saccum* habet; hinc sacchiari, *saccum implere*.

Saccosima, vox mihi inaudita Dict. Sic. exponit *corda*, *con cui si legano le bisacce*: crederem vocem esse *saccosira* σακκόσειρας *saccosiras*, idest *funiculus sacci*, a σειρὰς *sirâs* funiculus.

Saccusiari, Messanæ dicimus *saccuddiari*, quod est *facculis* arenâ plenis aliquem tundere.

Saccurafa, acus ad *saccos consuendos*, a gr. σάκκος *saccos*, & ῥαφὶς *rhaphìs acus* fit σακκοραφὶ *saccoraphi acus sacci*.

Sacerdoti, *Sacerdos*.

Sacramentu, sacru, sacrariu &c. voces nulli non notæ.

Saculu, Messanæ dicimus *sachisu*, idem est, ac *sia ocisu*.

Safena, vena saphena, quasi ἀσαφὴς *asaphes* non manifesta, quia ad partem cutis interiorem descendit, & occultatur. Castell. in lex. med.

Sagaci, sagacità sunt a *sagiendo*, idest *acutè sentiendo*, & quia canes olfactu maximè sentiunt, dicuntur *sagaces*.

Sagghia, ita nautæ clamant, dum e navis fundo onera sursum elevant, a *saliendo*.

Saggiu, saggizza, *sagax*, *sagacitas*: a nobis verò usurpantur pro *quieto*, ac *quiete*, quia, qui aliquid vult olfactu deprehendere, quod est *sagire*, se non movet, sed quietè, & subodorando voti compos fit.

Sagnari, sagnia sunt a *sanguine*, hisp. *sangrar*.

Vagheggiari, est oculis hinc inde *vagari*, transfertur ad eum, qui petulcis oculis mulieres aucupatur.

Vagnu, vagnari, v. bagnu.

Vagu, vaghizza, a *vagando* oculis.

Vaja, *vadat* esto, sit.

Vainetta, *vaginula*.

Valanca, gr. φάραγξ *pharanx barathrum præcipitium*.

Valata, v. balata.

Valdrappa, idest *guarda drappi*.

Valena, v. balena.

Valenti; *valens*. Cic. Att. lib. 7. ep. 3. *tantas ei vires non dedisset, quàm nunc tam valenti resisteret*. Verr. cap. 54. *sex lictores circumsistunt valentissimi*.

Valenzianu; *citre um valentianum*.

Valia, a *valore*: non aju valia di scriviri, *non vale o scribere*.

Validu, validità, *validus validitas*, a *valendo*.

Valigia, v. balici, *bulga*.

Valiri, *valere*.

Vallata, *vallis*, heb. בעל *babal*.

Valora, annulus æreus, qui baculo inditur, ne ex terræ attritu minuatur, est a *valore*; nam eo *validus* fit.

Valori, *variolæ*. Cels. lib. 5. c. 28. *genus morbi, quod variolas, & rubeolas vocant*; ital. *vajolo*: est a *varius*, nam cutem inficit, & *variat*, seu *variam* reddit. Constant. Afric. lib. 2. pantech. cap. 14. *Variolæ sunt pustulæ in toto corpore, antiqui vocant has ignis carbones, Siculi filias ignis*.

Valvirdi, *Vallis viridis*. Messanæ est Monasterium S. Catherinæ Vallis viridis, cujus antistita est Provincialissa Monasteriorum sui ordinis in Sicilia, & Magna Græcia, ad quam causæ devolvuntur, & ante quàm monialium clausura Concilii Trid. Decretis arctata fuisset, Monasteria visitabat; de qua Alphonsus Charybdius in prologo ad consuetud. Messanæ hæc habet. *Omitto aliud Monasterium, quod dicitur S. Catherinæ de Valle viridi, in quo extat Provincialissa utriusque Sici-*

 ciliæ

ciliæ citra, & ultra pharum Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, hæc, cum accedit ad visitandum alia Monasteria sui Ordinis, accedit cum Mazzeriis, & Cruce ante se, cum suo Assessore, & Curia formata, quod est mirandum extat m. s. penes amicissimum U. J. D. D. Joseph Filocamo.

Valuri, a *valendo*, hinc valurusu &c.

Valuta, a *valendo*, quant' è la sua valuta? *quanti valet?* hinc valutari.

Valvula, vox medicis usitata a *valva*.

Vampa, v. bampa.

Vampasciuscia, *bampasciuscia* ex *bampa*, & *sciusciari*.

Vana gloria, ita & latinè.

Vancu, v. bancu.

Vanedda, v. vinedda.

Vanguardia, ideſt *avanti guardia*.

Vania, hebr. אָוֶן *avan mendacium*; hinc vaniari, vaniloquiu *vaniloquentia*.

Vanità, *vanitas inanitas*, heb. אָוֶן *avan mendacium*.

Vantaggiari, eſt *ante agere*, hinc vantaggiu *excessus*.

Vantali, pannus, qui mulierum ventrem tegit; *ventrale*. Plaut.

Vantu, vantari, vantaloru &c. ab ital. *vanto vantare* &c. omnia sunt ab *ante*, latinè *jactantia jactare*, jactabundus enim, se *ante* alios jactat.

Vanu, *vanus* inanis, hebr. אָוֶן *avan mendacium*.

Vappu, nobis eſt oſtentator, qui res ſuas nimis oſtentat, & nos ad nauſeam provocat, eſt a *vappa*, ideſt vinum inſipidum. Cathol. *Vappa, a vapor, vile vinum, quod ex fæce exprimitur, & eſt ferè nullius saporis*: & *vappa ardelio: prodigus superfluè, qui insipidè, & indiscretè dispergit res suas, & nullius probitatis eſt*.

Vapuri, *vapor*, a gr. καπνος *capos flatus*,

Vara, ital. *bara a ferendo*.

Varari, navem in mare deducere, a *ferendo*.

Varatu, lignum ſebo inunctum, ſuper quo carina navis *elabitur*, & ita in mare fertur.

Varca, v. barca.

Varcocu, v. pricopa.

Varda, v. barda.

Variu, variari, varietà, *varius, variare varietas*, a gr. βαλιὸς *valiòs varius*.

Varrili, v. barrili.

Varva, v. barba.

Varvacani, v. barbacani.

Varvajanni, v. barbajanni.

Varvalacchiu, v. barbalacchiu.

Varvarottu, v. barbarottu.

Varveri, v. barberi.

Vaſa, v. baſa.

Vaſari, v. baciari.

Vaſaru, qui *vasa facit* figulus.

Vaſcedda, *fiſcella*, in quamre-

recocta inditur.

Vasceddu, navis erit a *vas*, qua voce ad significandas naves usi Scriptores infimæ latinitatis.

Vasceddu, alveare a *vas*, quasi *vascellum*.

Vasciu, Messanæ basciu basciza &c. a *basis*, quæ infima ædificii pars est.

Vassallu, *vassallus*, & *vassus* voces barb. a germ. *vassen* obligare, quia Principi ad fidelitatem servandam tenetur.

Vastari, v. bastanti.

Vastari, *vastare* etymon incertum.

Vastasi, v. bastasi.

Vastiuni, v. bastiuni.

Vastu, *vastus*; Vastu, v. bastu.

Vastunaca, *pastinaca* herba.

Vastuni, v. bastuni.

Valu, *vas, sis*.

Vattali, Messanæ *battali* sulcus, seu porca.

Vava, hebr. בבא *vava pupilla*; ita vocamus tum oculi pupillam, in qua imaguncula videtur, tum pueros fasciis involutos, qui latinè dicuntur *pupi, pupuli, pupilli*. Damascius apud Photium in bibliotheca. *Syri, & maximè, qui in Damasco habitant pueros recens natos* βάβια *vavia vocant*.

Vavaluci, v. bavaluci.

Vazzu, idem est ac *vacuus*, carti vazzi chartę nullius fructus hisp. *vazio vacuus*.

Vecchiu, vecchia, vecchizza, *vetus, vetustas*, a *vietus*, idest mollis languidus, vel a græco βυετής *bueres*, idest annosus.

Vecchizzi, dicimus *a li vecchizzi mei pani bugghiutu*, quare non *a la vicchizza mia*? ex hebraicæ linguæ genio, in qua hominis ætas, & status numero plurali efferuntur; בתולים *betulim virginitates* pro *virginitas* בעורים *negurim pueritiæ* pro *pueritia*, ita זקנים *zecunim senectutes* pro *senectus*.

Vegetu, *vegetari, vegetus, vegetare*, a *vigeo*, idest *vi ago*; seu *vi agito*.

Veglia, *vigilia* a *vigilando*, a *vi ago* fit *vigil*, idest *vi agilis*.

Veiculu, *vehiculum* a *vehendo*.

Velari, *velare*, idest *velo* tegere.

Velenu, *venenum*, vel quia *venas petat*, vel à gr. βέλεμνον *velemnon telum*.

Veloci, velocità, *velox, velocitas* a *volando*, vel a *velis*.

Velu, *velum*, ab hebr. פלא *pala texit, abscondit*, nam *velo* tegimus.

Venali, *venalis* ab adverb. *venum*, unde *venumdo*, pro quo *vendo*, ab eo etiam est *veneo*, idest *venum eo*.

Venerari, venerazioni, *venerari veneratio* a *vereor*, idest *revereor*.

Venerdi, *Veneris dies*.

Veneri, *Venus*.

Veniali, *venialis venia dignus*.

Veniri, *venire*, a gr βαίνω *vano incedo*.

Ventagghiu, a *vento*, quem creat.

Ventilari, *ventilare* a *ventulus*, hinc *ventilo*.

Ventri, *venter*, quia *ventosus*, vel a gr. ἔντερον *enteron intestinum*, quia *intestinorum* locus, sed prius magis placet.

Ventriculu, *ventriculus*, ut ab *uter* utriculus, a *venter ventriculus*.

Ventu, *ventus* a *veniendo*, vel a gr. ἄεντος *aentos spirantis*, quod ab ἄω *ao spiro*. Hom. Odyss. ε. v. 478; & Odyss. τ. v. 440. ἀνέμων δ' ἰάει μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Ventorum perflat vis humida spirantum.

Ventura, nobis est fortuna bona, vel mala; vox ipsa est a *venturus, a, um*: & vox *ventura* num. plurali usurpatur pro bonis futuris, nam nos cum præsentibus numquam contenti simus, *ventura* exspectamus, quæ credimus feliciora, & auspicatiora.

Veraci, *verax* a *verus*, verita *veritas*.

Veratru, *veratrum* herba.

Verbascu, v. barbascu.

Verbigrazia, *verbi gratia*.

Verbu, *verbum*, hebr. דבר *debar verbum*, hinc verbusu *verbosus*.

Verecundia, *verecundia* a *vereor*.

Vergogna, a *verecundia*, ut a *Burgundia borgogna*, a *verecundia vergogna*.

Verificari, *verum facere*.

Verisimili, *verisimilis*, *similis vero*.

Vermi, *vermis*, gr. ἕλμινς *belmins b* sæpè vertitur in *v*, ut ab ἑσπέρα *bespera vespera*.

Vermiceddi, *vermiculi* est & edulium e simila instar *vermiculorum*.

Vernia, dicitur de aviculis dum vere novo *vernant*, ideſt canere incipiunt. Ovid. 3. trist. eleg. 12.

Indocilique loquax guttu-
re vernat avis.

hinc *vernia* transfertur ad loquacem, quique argutæ est vocis, qua nobis aures obtundit.

Vernici, gummi, quo extimarerum facies illinitur, & illuminatur; vox exotica.

Verrina, hisp. *barrena* terebra.

Verru, sus non exsectus *verres*.

Verrucaria, herba, quæ *verrucis* medetur.

Verrutu, puer immorigerus, & effrenis, nomen a *verre*, ut patet.

Versatu, versioni, versu *versatus versus* &c. sunt a *vertendo*.

Vertebra, *vertebra* a *vertendo*.

Verticali, a *vertice*: *vertex* verò, qui & *vortex* a *vertendo*: in homine *vertex*, ubi capilli in gyrum *vertuntur*; ab homine

mine translata vox ad denotandum montis apicem, qui in anticam, & posticam partem *vertitur*.

Vertigini, *vertigo* a *vertendo*.

Vertula, bertula, quasi *perula* a *pera*.

Veru, *verus, a, um* adverbia *verè, verò*.

Vespa, *vespa*, gr. σφὴξ *sphex vespa*.

Vespiri, *vesper vespera*, græcè ἑσπέρα *hespera*.

Vessari, vessazioni, *vexare vexatio a veho*.

Vessica, *vesica, æ*, a gr. φῦσα *physa follis* a simili, est enim inflata ut follis.

Vessicanti, medicamen *vesicas* in cute attollens.

Vesti, vestiri, *vestis vestire*, a gr. ἐσθὴς *hesthis vestis*.

Vestia, v. bestia.

Veteranu, *veteranus* a *vetus*.

Vezzu, ital. *vezzo*, hinc avvezzari, est a *vitium*.

Vi vi, & ivì ivì, & bi bi, בִּי *bi* interjectio blandientis. Gen. 43. 20. וַיֹּאמְרוּ בִּי אֲדֹנִי locuti sunt oramus Domine, quod hebraicè est *bi adonai*, & Exod. 4. 10. בִּי אֲדֹנָי *bi adonai obsecro Domine*.

Via, *via*. Varr. de l. l. l. 4. *quà agebant actus, qua vehebant viæ dictæ, quo fructus convehebant villa, quà ibant, ab itu iter appellarunt, quà angustè semita, ut semi iter dictum*.

Via, idem ac *vaja vadat*, esto, sit.

Viaggiu, viaggiari, viali, viaticu &c. sunt a *via*.

Viatu, a gall. *vit citò sollicitè*.

Vibrari, vibrazioni, *vibrare vibratio* a *vibrando*.

Vicaria, Vicariu &c. a *vicibus*.

Vicchizza, v. vecchiu.

Viccia, *vicia*, gr. βικ'ον *vicion*. Gal. lib. 1. de alim. cap. penult.

Vicenda, a *vicibus*.

Vicerre, qui *Regis vices* gerit.

Vicinu, vicinanza, *vicinus vicinia* a *vicus*, hoc a gr. οἶκος *œcos domus*.

Viddanu, *villicus* a *villa*, quæ Varroni dicta fuit a *vehendo*, quòd eò *veherentur* fructus fundorum, & a *vehendo* fuit olim *vella*, dein *villa*, eadem ratione, qua a *vehendo* fuit *veha*, inde *via*: lib. 1. de r. r. cap. 11. *rustici etiam nunc quoque viam veham appellant propter vecturas, & vellam non villam, quò vehunt, & unde vehunt*.

Viddanaria, mos rusticus.

Viddicu, v. biddicu.

Vidiola, piscis mirè coloribus variegatus *julis idis*.

Vidiri, *videre*, hoc a gr. εἴδω *ido*. Macrob. lib. 1. Sat. c. 15; *quod græci εἴδειν idin dicunt, nos v litterâ additâ videre dicimus*.

Vidua, vidutà, *vidua viduitas*, unde *vidua* sit docet Macrob. lib. 1. Sat. cap. 15. *iduare etruscâ linguâ dividere est*, inde

inde vidua, quasi valde idua; hoc est valde divisa, aut vidua, hoc est a viro divisa.

Vigghia, vigghiari &c. *vigilia vigilare ; vigilare* est quasi *vigere*, vel *vi agere*.

Vigghiaccu, Cruscanis est *ignavus vilis*, vigliaccaria *ignavia dedecus probrum*; nobis verò est *furfanti furfanteria* hoc sensu legitur in charta Davidis Principis Norvalliæ apud Matth. Par. anno 1244; in qua inter alia *spondetur, quod de cætero non receptabit Vilagos, vel Forisbannitos Domini Regis Angliæ*.

Vigilanza, *vigilantia*, vigilari, *vigilare*.

Vigna, *vinea* a *vinum* hebr. יין *jain vinum*.

Viguri, *vigor* a *vigendo*, vigere autem est *vi agere*.

Vila, vilu, *velum* a *velando*, hebr. פלא *palà texit*, nam velo, seu pallio tegimus.

Vili, viltà, *vilis*, *vilitas*.

Vilipendiri, *vilipendere*.

Villa, v. viddanu.

Villaggiu, a *villa*.

Villeggiari, in *villa agere, villicari*.

Villutu, textile *villosum* a *villis*.

Vilu, v. vila.

Viluppu, a *villis*.

Vina, *vena*.

Vinazzi, *vinacea*, & *vinacei*, quia sunt e *vino*, vel quia sunt *vini acini*.

Vinca pervinca, herba, quæ obvia *vincit*.

Vinciri, *vincere*, gr. νικάω *nicao vinco*.

Vinculu, *vinculum* a *vinciendo*.

Vindicari, vinditta, *vindicare vindicta*. Cic. 2. de invent. *Vindicatio est per quas vis, & injuria, & omnino, quod obfuturum est, defendendo, aut ulciscendo propulsatur*.

Vinedda, vanedda, *venula*. Falcand. *per venulas, ut vulgò dicitur, in vias alias lateraliter effluebat*; hinc liquet vias prætorias in Urbe se habere, ut venas, minores verò dici *venulas*, pro quo nos dicimus *vineddi*.

Vindigna, vindignari, *vindemia vindemiare*, hæc, hisque similia a *vino* esse quis nesciat?

Vindiri, vindita &c. *vendere venditio* sunt a *vendo*, hoc a *venundo*, idest *venum do*.

Vinti, *viginti*, a dorico ἔικατι *icati*, vel æolico βέικατι *vicati*, idest *viginti*.

Vintiari, vintuliari &c. sunt a *vento*.

Vintura, v. ventura.

Vintusa, a *vento*, seu aere, qui accensâ stupâ rarescit, & aufugit.

Ventusità, *ventus* non *crepitus*, qui exit cum strepitu; pro eo flatum dicerem cum Sveton. in Claud. cap. 32. *edictum meditatus dicitur, quo veniam daret, flatus, crepitusque ventris etiam inter epulas*

las emittendi; fœtidus hic flatus latinè dicitur *visio*, & flatum ventris sine strepitu emittere *visire*. Martinius in v. *visio* inter alia hæc habet: *caterum hinc intelligitur, quare Cicero epistola ad Poetum dicat* non honestum verbum divisio? at inest obscænum, cui respondet intercapedo, *nam in eo* visio *est* βδέω *hoc est flatum ventris emitto, sicut in verbo* intercapedo τὸ pedo, *non sine flagitio est, est enim* πέρδω: nam *perdo* græcum idem est ac latinum *pedo*.

Vinu, *vinum*, hebr יין *jain* vinum.

Vinucottu, vox ipsa loquitur.

Vinuta, a *veniendo*.

Viola, *viola* flos, violettu color *violaceus*.

Viola, instrumentum musicum olim dictum *vitula vidula viella fiola*, demum *viola*. Dufresn. in *vitula* voces barb. hinc violinu, violuni &c.

Violenza, *violentia* a *vi*, hinc violenti violentari violari &c. omnia ab eodem.

Violu, viali &c. a *via*.

Vipara, *vipera*, vel quòd *vi pariat*, ut antiqui credebant, vel quòd lateat in *vipre*, seu *vepre*, vel quòd sit *vivipara*.

Virdi, virdura, *viridis viriditas viror*, ab hebr פרח *parac* floruit.

Virga, a *virendo*, quasi *viriga*, inde *virga* virghetta *virgula*.

Virginì, *virgo*, quasi *virago*.

Virili, virilità, *virilis virilitas* a *vir*, hoc verò a *vi*, seu robore, quo vir fœminę prę stat.

Virina, ab *ubere*, quasi *uberina*.

Verità, *veritas*.

Virmiceddi, v. vermiceddi.

Virnici, v. vernici.

Virrina, *terebra*, hisp. *barrena*.

Verticchiu, *verticillus*, cujus pondere fusus vertitur.

Virtù, *virtus* a *viro*: virtus græcè ἀνδρία *andria* fortitudo *virilis*, transfertur ad animi probitatem, hic virtuusu &c.

Visazza, v. bisazza.

Visceri, *viscus, eris* a *vescendo*.

Viscottu, *biscottus*.

Viscu, viscidu, viscusu, *viscus viscidus viscosus*, a gr. ἰξὸς *ixòs viscum*.

Viscuvu, gr. ἐπίσκοπος *Episcopos Inspector Episcopus*.

Visera, quia *visum*, seu faciem tegit.

Visioni, a *videndo*.

Visita, visitari, *visitatio* a *visitando*.

Visitu, visitusu: ita dicitur, quia in luctu ab amicis *visitamur*; inde *visitu* locus est *visitationis*, & nos dicimus *undi teni visitu? quò amicos visitantes excipit?* translatè *visitu* dicitur de veste lugubri.

Vessica, *vesica*.

Visita, *visus* a *videndo*.

Vistiri, v. vesti.

Visu, *visus* a *videndo*.

Vita, *vita* a *vivendo*, græcè βιο-

βιοτὴ biotè vita.

Viteddu, *vitulus*, gr. *ἰταλὸς italòs*.

Viti, *vitis* a *vinciendo*, quia flexilis est, & ligaminibus apta.

Viti, *cochlea* est a similitudine, quam habet cum *viticulis*, idest *vitium* capreolis, nam spirali linea est fulcata.

Vitriolu, *vitriolum*, quia *vitri* instar lucet.

Vitru, *vitrum* a *videndo*, quia per *vitrum* videre possumus. Isid. lib. 16. cap. 15.

Vitta, ital. *vetta* est summitas rerum puta montium arborum turrium, atque est a *videndo*, quasi *vedetta* translatè sumitur de scalarum statione.

Vitta, de muliercula dicimus è *una vitta*, *una catugghia* vox agnita Hesychio *βαιτάδα εὐτελὴς γυνὴ vatada vilis fœmina*.

Vittima, *victima*, quia *victis* hostibus cædebatur.

Vittoria, *victoria* a *vincendo*.

Vittu, *victus* quo *vivimus*.

Vittuvagghia, *victualia* a *victu*.

Vitturinu, videtur esse a *vehendo*, quia nos *vehit*; attamen potiùs erit a Syracusia voce *ἀκτῖνος actinos*, qua ipsis veniebat *viæ ductor*. Hesych. *ἀκτῖνος ὁδηγὸς συρακούσιοι. Actinos viæ ductor Syracusii*.

Vituperiu, vituperari &c. *vituperium vituperare*.

Viva, *vivat*.

Vivaci, *vivax* a *vivendo*.

Viveri, biveri, *vivarium*, quia animantia *viva* servat.

Viviri, *vivere*, hinc vivu *vivus*.

Viviri, *bibere* a *bibo*, v. biviri.

Viziu, viziusu, *vitium vitiosus* a *vitando*, eo quòd *vitari* debeat.

Vocabulu, vocali &c. *vocabulum vocalis* a *voce*, hoc verò a gr. *βοάω boao voco*.

Vocari, nobis est remis navem impellere; omnino erit a *voce*, seu *vocando*, quod idem est, nam dum nautæ remigant unus *voce* præit, & omnes ad hujus *vocem* remos pariter impellunt; notum est nauticum *celeusma*, a gr. *κελεύω kelevo jubeo*, quia *voce* fit jussio, hinc a *vocando*, ideſt *clamando*, translata fuit vox ad significandum remorum impulsum. Hujus contrarium est *siari*, seu remos cohibere, quod est a gr. *σιγᾶν sigân tacere*, nam cum *vocando*, seu *clamando* fiat remigatio, ita a contrario *sigando*, seu *tacendo*, remigatio cohibetur.

Vocasia, duæ voces contrariæ simul junctæ a gr. *βοᾶν voân vocare*, & *σιγᾶν sigân tacere*; hac voce utimur, cum quis sedens una cum sede semet librans, antrorsum, ac retrorsum se jactat, & tunc dicitur *fari vocasia* ductâ similitudine a nautis, qui *vocando*, ideſt

idest *clamando* remigant, tacendo verò, quod est σιγᾷν *sigân*, remos cohibent.

Vogghia, *voluntas* a *volo vis*.

Voi, *bos*, gr. βȣ̃ς *bus*.

Volari, volu volata &c. sunt a *volando*.

Voliri, voluntà, *velle voluntas* a *volendo*, a gr. βȣ́λομαι *vulomæ volo vis*.

Volumi, *volumen* a *volvendo*, quia supra cylindrum *volvebatur*.

Voluttuusu, *voluptuosus* a *voluptate*.

Volvulu, *volvulus* a *volvendo*, quòd inverso intestinorum motu fiat,

Vombara, *vomer eris*, quia terram *vomit*.

Vomitu, vomitari, a *vomendo*, a gr. ἐμῶ *emô vomo*.

Vopa, piscis, gr. βώωψ *boops opis*, quia magnos habet oculos veluti *bovis*.

Voraci, *vorax* a *vorando*, gr. βορὰ *vorà cibus bestiarum*.

Voragini, *vorago* a *vorando*.

Vortici, *vortex*, quia in gyrum *vortit*.

Vossia, duæ voces *Vostra Signuria*.

Vostru, *vester a um* a *vos*.

Vota, votari sunt a *volvendo*.

Votu, vutu, *votum* a *vovendo*.

Vozza, v. bozza.

Varca, v. barca.

Vranca, v. branca.

Vrazzu, v. brazzu.

Vricu, in Dict. Sic. redditur *canaletto adunco de' vasi*, vox mihi inaudita.

Vrigogna, v. vergogna.

Vrisca, v. brisca.

Vrocculi, v. brocculi.

Vrodu, v. brodu.

Vrunnu, v. brundu.

Vruscari, v. bruscari.

Vruscia, bruscia *penicillus* e setis, quæ pungunt.

Vucca. v. bucca.

Vuccagghiu, buccagghiu, quo bestiarum *buccam* ligamus.

Vuccata, quantum *buccâ* capitur.

Vucciddata, v. bucciddata.

Vucciria, v. bucceri.

Vuccuni, buccuni, a *bucca*.

Vuci, *vox* a *vocando*, seu a gr. βοάω *voào clamo*.

Vuda, buda herba, cujus foliis fiunt storeæ *ulva, æ*.

Vudeddu, v. budeddu.

Vugghiri, bugghiri *bullire* a *bullis*, quæ *bulliendo* excitantur.

Vulcanu, *Vulcanus* a *Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri*. Gen. 4. 22.

Vulgu, vulgari, vulgatu, *vulgus vulgare*. Virg. *vulgus* verò est *volvendo*, quia versatilis est.

Vuliri, *volo vis*, a *volendo*, gr. βȣ́λομαι *vulomæ*.

Vulvaria, herba, quæ mulierum locis medetur.

Vummicari, vommicu, *vomere vomitus* a *vomendo*.

Vurdeddu, v. burdeddu.
Vurdellinu, quasi *cordellinu*.
Vurnia, burnia quasi *alburnia*.
Vurraina, v. burraina.
Vurru, burru, a gr. βύτυρον *butyron butyrum*.
Vurza, v. burza.
Vusca, v. busca;
Vuscari, v. buscari.
Vusciu, v. busciu.
Vussica, *vesica*.
Vutari, a *vertendo*.
Vutti, v. butti.
Vuturu, *vultur*.

Z

Zabara, Messanæ zambara, herba aloe, hisp. *açebar*.
Zaccanu, carcer animalium minorum, puta, ovium, caprarum ab heb. צנק *tsanac vinculum*.
Zacchia, Dict. Sic. exponit *fossa, qua aqua e campis educitur*. vox mihi inaudita.
Zaccurafa, v. saccurafa.
Zaddacca, nobis est ea culminis domorum pars, qua imbrices calce, ac testulis oblinimus, & quoad fieri maximè poterit, complanamus, ut aqua effluat, & supra parietes non remaneat, ex hebr. צדק *tsadec justitia* propter summam æqualitatem. Abela fol. 85. *Valle sotto la Chiesa di S. Maria detta la Zellicka, perche il suo pavimento essendo molto lastricato pulito, e liscio, ed alquanto pendivo, facilmente vi si sdrucciola.*
Zafall, villicus, hisp. *zagal pastore*. Francios.
Zafara, morbus, quo caro præsertim oculi croceo colore inficiuntur, ab arab. צפרן *tsafran crocus*.
Zafara, in ditione Archimandritatus Messan. quidam. Præsulis fundi vocantur *zafari*, & Archimandrita dicitur habere 24 nemora, & 24 *zafaras*, a greco ψάφαρος *psapharos*, ideſt *terra sabulosa*, atque ad culturam minimè idonea.
Zafarana, *crocus*, arab. צפרן *tsafran*.
Zafattiari, de eo, qui res alienas curando dives evasit, dicimus N. N. *zafattiau beni*: est ab hebr. זפת *zephet pix*, nam, *qui tangit picem inquinabitur ab ea*.
Zaffaria, casale prope Messanam, hisp. *Zaffaria castelluccio contado* Francios.
Zaffiru, hebr. ספיר *saphir sapphirus*.
Zagagghia, ital. *zagaglia*.
Zagara, aurantiorum flos, ex heb. צחר *tsagar* albus, צחרה *tsagarà candida* est enim flos nimio candore spectabilis.
Zagaredda, v. zaredda.
Zagatu, jus, quo quis solus vendere

dere poteſt, ex hebraico jure ipſis dicto *gazaga*, quo Hebræus nequit ab apotheca, ſeu domo expelli ipſo invito.

Zambatò, quidam Poeta Siculus cecinit:

S'aviſſi ligna, pignatedda, e focu
Farria lu zambatò, s'aviſſi pani &c.

ab hebr. זבח *zabac ſacrificare, occidere ad convivium*.

Zampa, quadrupedum ungula, qua terram *ſcalpunt*, ſeu *ſculpunt*.

Zancla, primum Meſſanæ Urbis nomen ζάγκλη *zancle*, doricè verò, ut Zanclæi loquebantur, δάγκλη *dancle*, ut videre eſt in noſtræ Urbis nummis, qui adhuc ſuperſunt; *ibi enim*, (ait Montfauconus in ſua Palæogr. lib.2. cap. 3.) ΔΑΓΚΛΗ *DANKLE legitur pro* ΖΑΓΚΛΗ, *qui nummus diu ante rem Romanam ex typi genere cuſus æſtimatur; erat autem Zancle priſcum nomen Meſſanæ, eaque voce ſignificabatur*, falx: *quia Urbs illa in falcis formam poſita erat; Ζάγκλη autem doricè δάγκλη dicitur; Dores quippe Ζ in Δ commutabant*.

Zanni, zanniari zannata &c. nobis dicuntur de rebus ludicris, & ſcenicis erunt a gr. ἰζάνη *izane*. Pollux lib. 4. cap. 18. de calceis, & veſtibus comœdorum ἡ δὲ σατυρικὴ ἐσθὴς, νεβρὶς αἰγὴ, ἣν καὶ ἰζάνην ἐκάλουν. *Satyrica verò veſtis pellis caprina, quam & izanen vocabant*.

Zappa, zappuni, zappari ſunt à *ſcalpendo* his enim fodiendo terra *ſcalpitur*.

Zara, ludus taxillorum periculi plenus, & prohibitus, gall. *azard*.

Zarcu, color pallidus, hiſp. *zarco* Francios. *Zarco glauco color bianco, che pende al verdiccio, ed al bigio, e ſuol eſſer color degli occhi*.

Zargaru, hiſp. *zarazas* Francios. *Zarazas compoſizione di paſta velenoſa, nella quale ſi mettono vetri, punte d'ago, e ſimili coſe, e ſi danno communemente a' cani per fargli morire*, hinc *zargariari* &c.

Zaredda, zagaredda, *taniola*; Heſych. ζάιρη μίτρα ταινία διάδημα. *Zire vitta tania ligamen*.

Zazzara, eſt a *cæſaries*, *Cæſar* Moſchis dicitur *Zar*, hinc a *cæſarie zazzara*.

Zefiru, gr. ζέφυρος *zephyros zephyrus*.

Zelu, zelanti, a gr. ζῆλος *zelos zelus*.

Zeru, cyphra numerica ex ſe nil ſignans, numeris verò addita eorum progreſſum mirè adauget, hebr. זר *zer corona* eſt enim *circulus*.

Zibalduni, in quo res notamus; anne a *zimbili*? est enim quasi corbis, seu sporta juncea, in quam res sine delectu jacimus.

Zibellinu, mus ponticus dictus *sabelum* ejus pellis *sabelina*, hinc *zibellina*.

Zibettu, *zibetum*; Martinio est ab hebr. זיב *zub fluxit* est enim sudor fluens in inguine cati zibetiaci.

Zibibu, *uva passa*, arab. זביבה *zibiba*. Martinius.

Zicca, animal *ricinus*, ex hebr. זיק *zic scintilla*, quòd instar scintillæ adurat, vel ex צוק *tzuc tenaciter adhærere*, nam e canibus cum cute evellitur, & nos dicimus *ci voli un cavisu d' ogghiu pri scippari una zicca*.

Zicchinu, a *sicla*, quæ zicca dicitur, quasi *siclinus*.

Ziddari, zoddari globulosum ovium, & caprarum stercus; ignotum etymon.

Zfittula, & zivittula dicitur muliercula, ab ital. *civetta*, quasi *civettola*.

Zimarra, *toga manicis pendulis* ignotum.

Zimbaru, caprarum maritus, gr. χίμαρος *chimaros*, hinc *zimbaru*.

Zimbeddu, *avium* illicium ignotum.

Zimba, porcorum *hara* ignotum.

Zimbili, hisp. *azemila* in Helyc. est ἀζέμελαι ἐνεγκεῖν *axemela portare*: in eo siquidem olera *portantur*.

Zincfra, hisp. *zenefa fregio, o riccamo*. Francios.

Zineddi, Messanæ dicuntur vervecis intestina super omentum alligata; v. zinenu.

Zinenu, intestinum duodenum forsan etiam & jejunum, nam de eo, qui rem aliquam puta musicen nescit, dicimus *è zinenu di musica*, hujus scientiæ *jejunus* est.

Zingaru, nobis est Ferrarius infimæ notæ, qui claves ruptas reficit; ignotum.

Zinzina, *gingiva*.

Zinnu, zinnari, de cultri acie, ubi rupta est, ab hebr. שן *scendens*, ruptura enim est quasi *denticulus* in acie.

Zinziparu, *zinziber* offic.

Zipareddu, *cypirus* planta.

Zinzuli, arbor, & fructus *zizyphus*, gr. ζίζυφα *zizypha*, & ζίνζυφα *zinzypha*.

Zippa, *ajjuia*, qua fabri lapides, vel tabulas æquant, thuscis *zipolo legnetto*; apud quos est adagium *far d'una lancia un zipolo*: de re grandi minimum quid facere.

Zippu, zippiatu, assulis ligneis suffultus; a v. zippa.

Zippulettu, ornamentum capitis, quod moniales supra frontem gerunt a voce *zippula*. Dufresn. *zippula placenta*, *Italis fogaccia*. Pelagius libell. 4. n. 51. *fecit de farinula lenticu*.

ticulam, & *zippulas*; ita dicitur hic monialium ornatus, quòd instar placentulæ fit.

Zirbinottu, juvenculus mundítiæ studiosus a Zerbino juvene, quem Ariostus in suo poemate introduxit.

Zirma exscrescentia carnis, alio nomine *nata*, forsan erit græcè σύρμα *syrma*.

Zita, zitu, zitedda &c. *zeta* locus unius lecti capax cum sellis duabus hanc zetam Plinius l. 2. ep. 17. amores suos vocat. *Horti zeta amores mei, revera amores ipse posui, &* infra, *in hanc ergo zetam cum me recipio abesse mihi etiam a villa mea videor, magnamque ejus voluptatem capio*; quidni ergo *zita* a *zeta* non deduxeris? & si hoc non arrideat, esse poterit a *citus a um* sollicitus sedulus, quod proprium est amantium, ut alter alterius obsequio sit addictus.

Zittu, zittiri est a syllaba, seu sibilo *st*, quo silentium indicimus.

Ziu, a gr. θῖος *thîos* patris, vel matris frater.

Ziviruia, v. zificula.

Zizania, gr. ζιζάνιον *zizanion*.

Zizzu, azzizzatu, ab hebr. ציץ *ziz flos*, & plur. ציצים *zizim* flores, dicitur de juvene comto, ac venusto, quasi flos.

Zocculu, a *soccus* fit *socculus*, hinc *zocculu*.

Zoddari, stercus ovium ignotum.

Zodiacu, circulus zodiacus, gr: ζωδιακὸς *zodiacòs*.

Zona, gr. ζώνη *zoni* cingulum.

Zorba, idest *sorba*, v. sorba.

Zoppu, qui incedendo terram alterutro pede *scabit*, seu *scalpit*.

Zoticu, inurbanus malè moratus, anne a voce ital. *zolla* terra? zoticus ille est, qui ruri est educatus.

zotta, zottiari, hisp. *açotas açotear*.

Zuccaru, ital. *zucchero*, hisp. *açucar*, græcè σάκχαρ *sacchar*, & σακχάριον *saccharion*, unde *saccharum*.

Zuccu, arboris truncus, quasi arboris *soccus*.

Zucu, zucusu, *succus*, *succosus*.

Zucuti zucuti, vox ficta ad exprimendum stridulum lyræ sonitum.

Zuffa, azzuffari ignotum etymon.

Zuffiuni, sclopus ignivomus grandior a *sufflando*.

Zurru, hac voce utimur cum loquimur de serico purpureo coccineo, quod si manu contrectetur, non cedit, sed resistit, & *stridet*, ille ergo stridor nobis est *zurru*, vox facta per onomatopœam ad denotandum *stridorem*.

FINIS LAUS DEO.

ANTIQUATÆ SICULORUM VOCES.

ABacoankinoe. Hesychius: Ἀβακοάγκινοι σικελῶν μοῖρα τὶς καλυμένη. *Abacoankinoe Siculorum quadam Parca ita dicta*, vox μοῖρα posset etiam exponi *legio manipulus* &c.

Abolis. Hesych. Ἄβολις περιβολαὶ ὑπὸ σικελῶν. *Abolis vestitus Siculorum*, hinc forsan erit Latinorum *Abolla*.

Acersila. Hesych. Ἀκερσίλα μυρσίνη σικελοί. *Acersila myrtus Siculi*.

Acestè. Hesych. Ἀκεσταὶ οἱ ὄχοι, σικελικὰ ὀχήματα. *Acestæ currus, Siculorum currus*; & inferiùs dicit nomen sumsisse ab Acesta Siciliæ civitate.

Actinos, viæ ductor, ita Syracusiis dictus, hinc crederem enatam vocem *Vitturinu*. Hesych. Ἀκτῖνος ὁδηγὸς συρακούσιοι. *Actinos viæ ductor Syracusii*.

Actis, Syracusanis vocabatur tum viæ ductor, cum etiam navis. Hesychius Ἀκτὶς οἰκέτου ὄνομα, παρὰ δὲ συρακουσίοις, ὁδηγὸς ἢ ναῦς. *Actis servi nomen, apud Syracusanos autem viæ ductor, & navis*.

Adrya. Hesyc. σικελοὶ ἄδρυα λέγουσι τα μῆλα. *Siculi poma*, vel *ovis vocant Adrya*.

Aeria, dicta fuit Sicilia. Hesyc. Ἀερία ὁμίχλη παρὰ αἰτωλοῖς, θάσον τε τὴν νῆσον, καὶ αἴγυπτον, καὶ λιβύην, καὶ κρήτην, καὶ σικελίαν, καὶ αἰθιοπίαν, καὶ κύπρον οὕτως ἐκάλουν. *Aeria nebula apud Ætolos, Thasum verò insulam, Ægyptum, Libyam, Cretam, Siciliam, Æthiopiam, & Cyprum ita vocabant*; anne ex eo quia è longinquo nigræ, seu nebulosæ videantur?

Aglithes, ἄγλιθες ita Dores Siculi vocabant alliorum capita.

Aliacter. Hesych. ἁλιακτὴρ τόπος, ἐν ᾧ ἀθροίζονται οἱ σικελοὶ *Haliacter est locus, in quem conveniunt Siculi*.

Amios. Hesych. ἄμιος κακὸς σικελοί. *Amios malus Siculi*.

Amorgites, ἀμοργίτης placentæ genus apud Siculos authore Athenæo lib. 14. licet apud ipsum legatur ἀμορβίτην *amorbiten*, quæ vox ab Henr. Steph. emendatur ἀμοργίτης *amorgites*.

Amphasma. Hesych. Ἄμφασμα ψαιστὰ οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ βεβρεγμένα. ἐν θυσίαις συρακούσιοι. *Amphasma placentæ vino, & oleo madefactæ in sacrificiis Syracusii*.

Am-

Ampoechoetis. Hesych. Ἀμπείχοιτις ἐν συρακούσαις ἀρχή. *Ampoechoetis Syracusis principatus*; quamquam vox suspecta sit; in meo siquidem Hesychio vox hæc asterisco est consignata.

Anagoge, legimus in Athenæo, apud Erycinos tempus quoddam vocatum fuisse ἀναγωγὰς, idest solutionem, quòd eò tunc credidissent Deam Venerem in Libyam abire. Henr. Steph.

Angelos. Hesych. ἄγγελον συρακούσιοι τὴν ἄρτεμιν λέγουσιν. *Syracusii Dianam angelum vocant*.

Antiphara, zelus æmulatio, vox Syracusanorum; apud Henr. Steph. ἀντίφαρα in voce ἀντιφαρὲς.

Antomos. Hesych. ἀντόμους ἀκόλοπας σικελοί. *Antomus palos, seu cruces. Siculi*; cujus etymon Stephano est, eo quia κατὰ τὰ ἄνω τέμνουσι, quia surium secant.

Arotræ. Syracusanis erant servi conductitii, qui aratro destinabantur; ἀρότραι Pollux.

Attalizomæ. Hesych. ἀτταλίζομαι πλανῶμαι σικελοί. *Attalizomæ in errorem incido Siculi*.

Azeton. Hesych. ἄζετον ἄπιστον σικελοί. *Azeton incredibile Siculi*.

Bampa. Hesych. βάμβα τὸ χρῶμα, καὶ μύρου τι μέρος, καὶ τὸ ἔμβαμμα. συρακούσιοι. *Bampa est color, & unguenti quædam portio, & intinctus, seu condimentum Syracusii*.

Batania. Hesych. βατάνια τὰ λοπάδια, ἡ δὲ λέξις σικελική; *Batania patellinæ, vox verò est Sicula*.

Batnos. Hesych. βάτνος αὐλὸς μεσσήνιοι; *Batnos tibia Messanenses*.

Caballin, καβάλλειν onus injicere, vox Sicula dorica.

Cactos, carduum ita vocarunt Siculi. Voss. Etymol. in voce *carduus. Siculi* κάκτον *vocant*.

Calche, lavendula Siculi dixerunt κάλχην. Voss.

Callikyrii, hæc vox in thesauro Henr. Steph. refertur in voce κλαρῶται, qui dicit fuisse Syracusiorum propriam, & significasse, *servos mancipia*.

Cammas, vox, qua significabant damam, seu rupicapram. Voss. in lit. perm. *Dama* ἀκεμμάς, *Siculi* καμμὰς *dicebant unde Latinorum Damma, & Dama. Salmas.* ex hac voce est italicum *camozza*, & *camusciu*.

Campos, qui nunc dicitur *campus* olim dictus fuit *campos*, & denotabat locum, ubi fiebant cursus equorum. Hesyc. κάμπος ἱππόδρομος σικελοί; *Campos hippodromus. Siculi*.

Can-

Cancalos; cardo; qui valvas regit, antiquis dictus fuit *cancalos*. Hesych. κάγκαλος, κρίκος ὁ ἐπὶ ταῖς θύραις σικελοί, ideſt *Cancalos uncus in foribus Siculi*.

Caſtòs, hac voce κασ7ὸς majores noſtri dixerunt lorum, quo fontes puniebantur. Voſſ. in *caſtigo*.

Catanon, κάτανον vas erat Siculorum, ubi aſſa ponebant Calep. Facciolati in voce *catinus*.

Cataſta, hanc vocem Latium Siciliæ debet Voſſ. in Etymol. *Nec obſtat, quod ea vox cataſta non inveniatur apud Scriptores Græcos, nam accepta a Siculis, qui multa aliter efferebant, quàm Græci*.

Claragi, pro eo quod dicimus; *leniter, ac ſuaviter dormit* olim noſtri dixere κλαραγε͂ *claragi*. Heſych. κλαραγε͂ ἐλαφρῶς κατεύδει σικελοί ideſt *Claragi leniter dormit Siculi*.

Claſſetæ, vox eſt Syracuſanorum propria, & idem valet, ac *dominatur*. Heſyc. κλάσσεται. ἄρχεται συρακόσιοι, ideſt *Claſſetæ, dominatur Syracuſii*.

Cores, ita dictum fuit Cereris feſtum. Polluc. lib. 1. cap. 1. de feſtis eorumque nominibus δήμητρος δημήτρια, καὶ θεσμοφόρια, καὶ ἐλευσίνια, κόρης παρὰ σικελιώταις, ideſt *Cereris feſta vocantur Demetria, & Theſmophoria, & Eleuſinia, apud Siculos Cores*.

Cornos, κόρνος majoribus dictus fuit aculeus. Heſychius κόρνος κέν7ρον σικελοί. *Cornos centrum, ſeu aculeus Siculi*.

Cothona, κόθωνα apud Athen. lib. 7. Siculi ita vocabant piſcem gobium, qui Meſſanæ dicitur *mazzuni*.

Cottabos, ludus fuit a Siculis ad Athenienſes tranſmiſſus. Heſych. κότταβος παιδιὰ παρὰ ἀττικοῖς ἀπὸ σικελίας παραδοθεῖσα. ideſt; *Cottabos ludus apud Atticos a Sicilia traditus*; hinc Jan. Parrhaſ. epiſt. 36. *Cottaborum luſus inventio Sicula, quippe quem Siculi excogitaverunt, ipſa quoque Latage Siculum nomen in luſu cottabi in ſummum caput elata, ac inverſa manu ejiciebant*.

Cubiton, κύβιτον, latinè *cubitum*, & *cubitus* vocem hanc fuiſſe Siculorum Dorienſium, nempe Meſſanenſium, & aliorum, qui eadem dialecto utebantur, habemus ex Polluce lib. 2. ubi de brachio: ὀνομάζουσι δὲ τοῦτο, καὶ κύβωλον, καὶ κύβιτον εἴποις ἄν, ὡς ἱπποκράτης, δοκεῖ δ' εἶναι δωρικὸν τοὔνομα τῶν ἐν σικελίᾳ δωριέων, ὅθεν

ὅθεν ἐπίχαρμος καὶ τὸ παίειν τῷ ἀγκῶνι κυβιτίζειν λέγει; idest, *vocant hoc cubiton, & cubiton dicere posses, ut Hippocrates, videtur autem nomen hoc Doricum, Doriensium in Sicilia, unde Epicharmus etiam cubito pellere, cubitizin dixit.*

Dancle, proprium Messanæ nomen, idem, quod Zancle; ut legere est *in veteri nostro nummo Messanensi*, ait Montfauconus in Palæogr. gr. lib. 2. cap. 3. *ibi enim* ΔΑΓΚΛΗ *legitur pro* ΖΑΓΚΛΗ, *qui nummus diu ante rem Romanam ex typi genere cusus æstimatur. Erat autem Zancle priscum nomen Messanæ, eaque voce significabatur* falx, *quia urbs illa in falcis formam posita erat;* ζάγκλη *autem doricè* δάγκλη *dicitur, Dores quippe Z in Δ commutabant*; quare antiqui nostri utpote Dores *danclen* vocabant eorum patriam, & semet dixere *dancleos*.

Daphnites, fuit dictus Apollo a Syracusiis, nimirum a lauro, quæ Græcis δάφνη *daphne*. Hesych. δαφνίτης ἀπόλλων παρὰ συρακουσίοις, idest *Daphnites Apollo fuit dictus apud Syracusios.*

Demaretion, fuit nummus a Gelone cusus ex nomine Demaretæ ejus uxoris, quæ fr[illegible]m mundum muliebrem j[illegible] dedit; ut pecunia ejus nomine cuderetur. Hesych. δημαρέτιον νόμισμα ἐν σικελίᾳ ὑπὸ γέλωνος κοπὲν, ἐπιδούσης αὐτῷ δημαρέτης τῆς γυναικὸς εἰς αὐτὸ τὸν κόσμον. *Demaretion nummus in Sicilia sub Gelone cusus dato ipsi a Demareta uxore mundo muliebri ad hunc finem.*

Diedorca, Syracusiis dicta fuit placenta. Hesych. διέδορκα πόπανον παρὰ συρακουσίοις τετριμμένον; Diedorca dictum fuit a Syracusiis placentæ genus contusum.

Dionysiphori, magistratus quidam apud Syracusas. Hesych. διονυσιφόροι ἀρχή τις ἐν συρακούσαις. Dionysiphori magistratus quidam apud Syracusas.

Dotine, quæ latinis est *dos* Siculis dicta fuit δοτίνη *dotine.* Varr. de l. l. lib. 4. *Dos erit pecunia, si nuptiarum causa data, hæc græcè* δοτίνη, *ita enim Siculi.*

Drakia, nostri majores vocarunt folia. Hesych. δρακία φύλλα σικελοί. *Drakià folia Siculi* sub[illegible]di *vocant*

Draxon. Hesych. δράξων ἐν σικελίᾳ ἱερὸν εἰς ὃ οἱ γεωργοὶ εὐχὰς ἔπεμπον, ὅθεν καὶ δράξαντες ἐκλήθησαν. Draxon in Sicilia dictum fuit sacrum, in quo agricolæ vota reddebant, quare & Draxan-

tes dicti fuere ; ego putarim hoc factum fuisse a messoribus, qui manipulos spicarum colligebant, *drax* enim græcè est manipulus.

Ebason, vox Syrac. idem valebat, ac *relinque desine*. Hesych. ἔβασον, ἔασον συρακούσιοι.

Eleuthò, vox Syrac. una erat e Lucinis, quæ parturientibus opem ferebat, dicta fuit *eleuthò*, ut vocata veniret auxiliatura. Hesych. ἐλευθὼ καὶ μία τῶν εἰλειθυιῶν, καὶ ἐπώνυμον δήμητρος παρὰ ταραντίνοις καὶ συρακουσίοις: idest *Eleuthò fuit una ex Lucinis, fuit etiam & Cereris cognomen apud Tarentinos, & Syracusanos.*

Elia, hac voce Messanenses vocabant Dianam, Hesyc. ἐλαία Ἄρτεμις ἐν Μεσσήνῃ *Elia Diana apud Messanenses.*

Eleusinia, hoc nomine apud Siculos vocata Diana, Hesych. ἐλευσίνια ἐν σικελίᾳ τιμᾶται Ἄρτεμις. *Eleusinia in Sicilia nominata est Diana*

Endœ. Vossio antiquum proverbium est ab Syracusano ἔνδοι, sive ἐνδοῖ, qud idem ac ἐντὸς.

Epaskion; hanc vocem usurparunt majores ad significandum infundibulum, quo liquor in utrem inditur. Hesych. ἐπάσκιον ἡ χώνη σικελοί. *Epaskion infundibulum Siculis.*

Epiora, ita dicta fuit nostris certa quædam prædii portio, mihi verosimile est, eam fuisse prope fundi finem. Hesych. ἐπίορα, χωρίυ μέρος ἐν σικελίᾳ. *Epiora fundi pars in Sicilia.*

Ermione, sic dicta fuit Syracusanis tum Ceres, cum & puella. Hesych. Ἑρμιόνη καὶ ἡ δημήτηρ καὶ ἡ κόρη ἐν συρακούσαις. *Hermione Ceres, & puella Syracusis.*

Escletos, Syracusis dictus fuit nobilium virorum conventus. Hesych. ἔσκλητος, ἡ τῶν ἐξοχῶν ἀνάθροισις ἐν συρακούσαις.

Eudosò, trium syllab. ita apud Syracusanos dicta fuit Venus, Hesych. εὐδωσὼ ἡ ἀφροδίτη ἐν συρακούσαις. *Eudosò Venus Syracusis.*

Exàs, quid hac voce significarint Syracusii mihi non liquet, nam Hesychius, a quo hanc vocem accepi, & qui penes me est ita habet ἐξᾶς εἶδος... παρὰ συρακουσίοις. *Exas species . . . apud Syracusios.*

Galeoti, vates fuerunt in Sicilia a *Galeote* Apollinis filio, hos Dionysius tyrannus consulere solebat. Cic. lib. 1. de divin. *Huic interpretes portentorum, qui* Galeotæ *tum in Sicilia nominabantur responderunt*. Hesych. γαλεοὶ, μάντεις, οὗτοι κατὰ τὴν σικελίαν. *Galei divinatores.*

...*res, hi Siciliam incoluerunt.*

Gaphata. Hesyc. γαφάτα σκώληξ ὃν ἡμᾶς γῆς ἔντερον λέγομεν, συρακούσιοι. *Gaphata vermis, quem nos terræ intestinum dicimus, Syracusii.*

Imestos. Hesych. ἴμεστος δίκη σικελοί. *Imestos justitia Siculi.*

Innicinos. Hesych. ἰννίκινος ὄινος ἀπό ἰννικοῦ τῆς σικελίας ἔστι, δὲ πολύχνιον. *Innicinum vinum ab Innico, quod est Siciliæ urbecula.*

Ipni. Hesych. ἴπνη ἐφίππις σικελοί. *Ipni ephippium Siculi.*

Isami. Hesych. ἴσαμι ἐπίσταμαι συρακόσιοι. *Isami scio Syracusii.*

Lasichnevusa. Hesych. λασιχνέυουσα, σικελοί. *Lasichnevusa errabunda Siculi.*

Latax, Dicearchus Milesius ait τὴν λατάγην esse σικελικὸν ὄνομα, ita etiam Janus Parrhasius epist. 36. dicit esse vocem Siculam, porrò *latax* nil est aliud, quàm tumor, seu strepitus, qui edebatur ejiciendo in humum vini residuum, quod e poculo post bibendum ex arte effundebatur.

Lopàs, sartago, seu patella, ita Syracusii vocabant vas culinarium, quòd græcè τήγανον *tiganon*, nos *tianu*. Svid.

Momar, ita nostris vocabatur stultus. Festus. *Momar Siculi stultum vocant.*

Myllos, μυλλός dicebantur ἐφήβαια γυναικῆα ex sesamo, & melle facta, quæ Syracusis Cereri, & Proserpinæ circumferebātur extremo festo Thesmophoriorum. Martinius.

Mytos, vox Sicula. Calep. in v. *meta, quam reddit terminus extremitas in genere a Siculo* μύτος.

Nides, νίδες a Siculis diceban- tur infantium pudenda, seu testiculi, authore Svida apud Henr. Steph. in hac voce.

Nummus, νῦμμος. Pollux lib. 9. ὁ δὲ νῦμμος δοκεῖ μὲν εἶναι ῥωμαῖον τοὔνομα, τοῦ νομίσματος, ἔστι δὲ ἑλληνικὸν τῶν ἐν ἰταλίᾳ δωριέων. *Nummus vox hæc videtur esse Romana, & significare nummum est autem vox græca Doriensium, qui Italiam, & Siciliam incolunt*; ex castigatione Henrici Steph. nam in Polluce pro δωριέων mendosè legitur ὀρίων.

Platagonia, germina arborum. Hesych. βλαστὰ, βλαστήματα, πλαταγώνια σικελοί; *germina propagines Siculi vocant platagonia.*

Pollæum, vinum Syracusanum. Poll. lib. 6. cap. 2. de vino; πολλαῖον μὲν ἐστι ἐκ συρακουσῶν; πολλας δ' αὐτὸν πρῶ-

πρῶτον ἐπεσκεύασεν, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα, ἢ ἀπὸ συρακουσίων βασιλέως πόλιδος, ὡς ἀριστοτέλης λέγει. *Pollæum vinum est ex Syracusis* Polas *primùm confecit, a quo & nomen, vel a Syracusio Rege Polide, ut dicit Aristoteles.*

Promethytriæ. Pollux lib 3. c. 3. προμνήστριαι μὲν αἱ συνάγουσαι τὸν γάμον, σικελιῶται δὲ αὐτὰς καλοῦσι προμνηθυτρίας. *Promnestriæ, quæ nuptias conciliant, Siculi verò ipsas dicunt promethytrias.*

Rhogòs, horreum frumenti. Poll. lib. 9. ubi de theatro; σιτοβόλια ταῦτα δὲ ῥογοὺς σικελιῶται ὠνόμαζον. Horrea hæc Siculi dixerunt *rhogùs*.

Torgos. Hesych. τόργος εἶδος γυπὸς αἱματορρόφου, ἔστι δὲ καὶ ὁ γὺψ παρὰ σικελιώταις. Torgos species vulturis, qui sanguinem sorbet, est etiam vultur apud Siculos.

SUMMA PRIVILEGII.

ILL. Marchionis Don Caroli Honuphrii Buglio de Consilio S. R. M. Consultoris Supremæ Junctæ negotiorum hujus Siciliæ Regni, Locumtenentis Mag: Justitiarii, ac Præsidis Trib: M. R. C. decreto expedito Panormi die 22. *Martii* 1759. *cautum est, ne quis per decennium hoc Etymologicum invito Authore in hoc Regno imprimat, neve alibi extra Regnum etiam mutato titulo impressum divendat sub mulcta unc.* 100. *Fisco Regio, aliisq; pœnis dicto Ill. Præsidi benevisis.*